

bonis suis testantur; tutela autem non ob militiae præmium, inquit, sed jure patriæ potestatis mandatur. Aperte ergo his verbis significat Papinian. patriam potestatem esse quid merè personale, quod bonis adnumerari nullo modo possit.

<sup>127</sup> Contrarium tamen existimavit Papinian. cuius sententiam Constantin. sequutus fuit, ea videlicet ratione, quod non modò durum, sed etiam absurdum videretur ei, cui patria, cui civitas, cui dignitas, cui bona omnia restituta sunt, non restitui patriam in liberos suos potestatem; & præcipue cùm patria potestas non tantùm patri favorabilis sit, sed etiam filio, cuius quoque interest reverti in patriam potestatem, & sui hæredis jura, quæ per patris deportationem amiserat, recuperare. Igitur Papiniani sententiam, quasi benignorem & favorabiliorem, amplexus fuit Constantin. sanguisque, ut filius esset in potestate patris, cui dignitas, ac bona restituta sunt: & hoc modo rectè respondetur quæstioni propositæ de validitate testamenti, reprobata Glosso. in dict. l. ult. tit. A. & in casus positione, quæ ponit ibi non solui quæstionem propositam. Si enim respondetur filium in patriam redire potestatem, utique respondetur illius testamentum non valitum; cùm non possit valere testamentum filiis familiæ, l. qui filius fam. 19 ff. de testament. l. cùm is, §. 1 ff. de donat. caus. mort. juncta l. filii fam. 6. in fine, ff. de donat. l. senio 3. §. 1. l. nemo, & legge 11. Cod. qui testam. facer. poss l. final. §. filii autem, Cod. de bon. quæ liber. princip. Inst. quib non est permis. facer. testam. Quod verò ita sit species ponenda, maxime demonstrant verba illa, remeante patre deceſſit, id est suis laribus & bonis omnibus jam restituto, ut optimè intellegit Fab. dict. titul. 11. princip. 3. illat. 8. col. 2.

<sup>128</sup> Quod si filius testamentum fecerit durante patris deportatione, utique validum erit, etiam si pater postea ad omnia restituatur, & consequenter etiam patriam recuperet potestatem: quippe cùm testan entum perfectum sit tempore quo testator sui juris erat; sicut enim

reliqua alia gesta sustinentur, ita & testamentum sustineri debet, dict. l. final. §. ita tamen, Cod. de sentent. pass. & à fortiori si filius obiisset ante patris restitutio nem. Glos. in dict. l. final. verbo Rata sunt, vers. Sed si facto testamento, & ratio elegans est, quia testamentum, quod quis jure perfecit, non rescinditur, si postea jus testamenti faciendi habere desierit, nisi id contingat per capitis diminutionem, ut probatur per textum in l. is cui, lege 12 ff. qui testam. facer. ubi is, cui legge bonis interdictum est, testamentum facere non potest; & si fecerit, ipso iure non valet; quod tamen interdictione vetustius habuerit testamentum, hoc valet: & Novel. verbo Monachis.

Cùm tamen monachus testari non possit, non rescinditur testamentum antea factum, l. qui in potestate 6. §. 1. ff. qui testam. facer. l. 1. §. si quis autem 9. ff. de bonor. poss eff. secunda tab. quibus habetur, quod si quis post testamentum iure perfectum cœperit esse furiosus, vel surdus, vel mutus, testamentum non fit irritum. Cùm ergo patre restituto, & recuperante patriam potestatem filius non aliquam patiatur capitis diminutionem, consequens est ut dicamus illius quod antea fecerat testamentum valitum: probat optimè Cuiac. ad Mum. tit. Cod. de sentent. pass. vers. Ultimò est notandum. Et in hoc discriminiatur patrifamilias deportatus, & restitutus à patrifamilias capto, & reverso. Namque captivoreverso, etiamsi filius familiæ deceſſisset durante illius captivitate, irritatur filij testamentum conditum captivitate durante, & à fortiori si revertatur filio vivo; quia restitutus fingitur non deportatus, ac proinde verum est dicere factum fuisse à patrifamilias. At verò si pater captus sit ab hostibus, & ab eis revertatur, fingitur nunquam captus; suppositaque factione cohærenter dicitur testamentum à filio familiæ factum fuisse, ac proinde inutile esse, l. 2. §. si quis deceſſerit 3. ff. unde legitimi, l. si pater 15. ff. de suis & legit. hæredib. Et hæc sufficiant pro horum iurium explicacione.

## §. IV.

**Alia jura circa eandem materiam explicantur.** Agitur etiam de possessione & peculijs, & quibus acquirantur, & an filius possit de illis disponere.

**SUMMARIUM.**

- 1 *Liber homo redemptus veluti pignoris nexu retinetur: vide rationem n. 5. potestque vindicare successionis jura, n. 2.* Partus nascitur ingenuus ex ingenua redempta, & tamen retinetur pignoris nexus, n. 3. Liberi hominis nullum est commercium, & n. 4.
- 6 *Libertas est res inestimabilis.*
- 7 *Intelligitur lex Senatus 43. §. ult. ff. de legat. I.*
- 8 *Intelligitur lex Si quis ingenuam 21. in princip. ff. de captiv. & num. 10. & 11.*
- 9 *Natalibus non officit manumissio.*
- 11 *Matrimonium non datur jure civili, nisi inter Cives Romanos.*
- 13 *Matrimonium præsumitur ex sola consuetudine.*
- 14 *Intelligitur lex Si patri redempto 15. ff. de captiv. & n. 22. 23.*
- 15 *Premium à quocumque offerri potest, ut dissoluatur hic pignoris nexus.*
- 16 *Pignus durat dum durat res pignorata.*
- 17 *Et eâ peremptâ perimitur.*
- 18 *Instans in quo quis moritur, magis vitem, quam morti tribuitur.*
- 19 *Hoc quasi pignus tandem durat, quantum utile, & luibile est.*
- 20 *Oblatio solutionis habet vim solutionis.*
- 21 *Et quomodo.*
- 24 *Intelligitur lex Si quis prægnante 27. de captiv. & n. 25. 26. 27.*
- 28 *Agitur de intellectu legis Si postlimino, penult. ff. de captiv.*
- 29 *Sine possessione non potest dari usufruacio, & continuari, n. 31.*
- 30 *Captus ab hostibus non potest possidere.*

- 31 *Per captivitatem interrumptur possessio.*
- 33 *Possessio ex sua natura tota facti, non juris est.*
- 34 *Ratio ob quam possessio postlimino non restituitur.*
- 35 *Explicatur lex 3. §. 1. ff. de bonor. poss.*
- 36 *Jura quibus probatur possessionem juris esse.*
- 37 *Exceptio debet esse de regula.*
- 38 *Reprobantur distinguentes inter possessionem tu fieri, ut sit facti; & in facto esse, ut sit iuris: & num. 39. 40. 42. 43. 44. & 45.*
- 41 *Conciliatur lex Possessionem 29. ff. de acquir. poss. cum lege Pupillus 11. ff. de acquir. rer. domin.*
- 46 *Reprobantur alij distinguentes, ut alia possessio sit, quæ multum facti, alia quæ multum iuris habeat.*
- 47 *Reprobantur civilem possessionem vocantes cum iuris est, & naturalem vocantes eam facti.*
- 48 *Probamus dari duas possessionis species, & n. 56.*
- 49 *Quæ sit naturalis, quæ vero civilis.*
- 50 *Explicatur lex Nemo 10. Cod. de acquir. poss.*
- 51 *Usufructuarij, coloni, & similes an possideant: & n. 52. & 53.*
- 54 *Usufructuario an competent interdicta possessoria: & n. 55.*
- 57 *Explicatur quomodo possessio facti, & iuris sit, & n. 62.*
- 58 *Quid sit possessio.*
- 59 *Unde dicatur.*
- 60 *Dilucidatur lex 3. §. Ex contrario 3. ff. de acquir. poss.*
- 61 *Multis modis possessio adquiritur.*
- 63 *Dilucidatur lex Possessio 49. ff. de acquir. poss. & num. 135. 141. 142. 143. 144. 145. & 190.*
- 64 *Explicatur quomodo intelligatur, quod solet dici, non possideri iure ea quorum possessionem ius non probat.*
- 65 *Agitur de intellectu legis peregrinè, de acquir. poss. & n. 89. 90. 92. 93. 94. 95. & 97.*
- 66 *Thesaurus quid sit.*
- 68 *Cui acquiratur, explicatur universa materia, & n. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76.*

75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 83. 84. 85.  
86. 87. & 89.
- 80 Loci religiosi quomodo sint, vel non in  
allicuius dominio.
- 91 Res mobiles quatenus possideantur.
- 94 Quid in servis, & num. 99. 100. 101.  
102. 103. 104. & 105.
- 96 Prohibitum est sepelire pecuniam ut  
cadaver.
- 98 Possessio non potest esse apud duos.
- 106 De possessione animalium, quæ abire,  
& redire solent.
- 107 Explanatur lex Liber homo 54. §.  
final. ff. de acquir. rer. domin. &  
num. 108.
- 109 Lex Ancilla, de furt. & n. 111.
- 110 Furtum non fit sine contrectatione.
- 112 Per servum fugitivum dominus pos-  
sessionem, & dominium acquirit.
- 113 Interpretatur lex Si servus meus  
15. ff. de publican. & n. 114.
- 115 Servus fugitivus non perdit pecu-  
lum, perdit tamen illius liberam ad-  
ministrationem.
- 116 Agitur de intellectu legis Servi, & fi-  
lij 17. §. & illud, ff. de furt. & n. 117.  
118. 119. 120. 121.
- 124 Quando contra dominum servi com-  
petat noxalis actio.
- 125 Expenditur lex Servus 27. §. Servi  
autem, ff. ad leg. Aquil. & num. 128.  
Explanatur num. 129. 130. 131. &  
132.
- 126 Refertur intellectus Cuiacij, & ex-  
ploditur, & n. 127.
- 133 Aguur de partu ex serva fugitiva,  
& n. 134.
- 136 Ex quibus causis nobis acquiratur  
per servum, in quo solum usumfru-  
ctum habemus, & n. 137. & 138.
- 139 Cuius in su serbus in quo usumfru-  
ctum habeo, adire debeat hæredita-  
tem, & n. 140.
- 141 Fructuarius non possidet.
- 144 Per filiumfamilias non possidemus;  
& tamen per eum acquirimus posse-  
sionem.
- 146 Quid sit peculium, & n. 147.
- 149 In servis solum unum peculij genus  
est.
- 150 Quod genus peculij habeat filiusfami-  
lias.
- 151 Quid sit peculium castrense.
- 152 Quid quasi castrense.
- 153 Duo hæc peculia possunt habere, &  
possidere filiifamilias.
- 154 Et possunt de illis disponere, sicuti pa-  
terfamilias.
- 155 Qua solennitate possent testari filiifa-  
milia milites.
- 156 Possunt circa illud habere litem cum  
patre.
- 157 Quid sit peculium aduentitium.
- 158 Quomodo hoc peculium ad filium, vel  
ad patrem pertineat; & n. 159. 160.  
161. 163.
- 162 An de peculio aduentitio possit filiusfa-  
milia donationem in patrem con-  
ferre.
- 164 Numerantur casus in quibus in soli-  
dum hoc peculium ad filium pertinet:  
& n. 166. 167. 171. 172. 173. 174.  
175. 177. & 182.
- 165 An de bonis donatis à Principe possit  
filiusfamilias testari.
- 168 An fratres concurrant cum patre vel  
matre, & n. 169. 170. 171.
- 176 Filius an teneatur conferre usumfru-  
ctum à patre remissum.
- 178 Si ususfructus filio relinquatur, an  
patri acquiratur, & n. 179. 180. 181.
- 183 An necessaria sit declaratoria sen-  
tentia, ut pater usufructu privetur,  
non confecto inventario.
- 185 An filiusfamilias possit testari de ho-  
nis aduentitiis, in quibus etiam usus-  
fructus ei acquiritur.
- 186 Quid sit peculium profectum, &  
n. 187.
- 188 Utrum sit profectum illud, quod  
contemplatione domini, vel patris ac-  
quiritur.
- 191 Quid si pater dederit pecunias filio,  
& ex eis lucrum faciat.
- 192 Donatio filiifamilias à patre facta  
nulla est, & n. 193. 194. 197. & 198.
- 195 Et quid si adesset iuramentum, & n.  
199.
- 196 Filiusfamilias est capax dotis.
- 200 Explicatur textus in l. cùm hære-  
des 23. ff. de acquir. possess.
- 201 Utrum illius regula procedat in filio  
suo hærede.
- 202 Possessio utrum mortuo possessore

- retineatur per colonos.*
- 204 *An in corporalibus transeat acti<sup>v</sup>e, vel passi<sup>v</sup>e.*
- 205 *Explicatur textus in l. si ea res , §. uterque 2. ff. de act. empti.*
- 206 *Materia legis Quoties 9. Cod. de rei vendicat. remissi<sup>v</sup>e.*
- 207 *Explicatur textus in l. 2. §. final. ff. de prec. & n. 208.*
- 209 *Servitutes possunt dari precario, in proprie tamen, & n. 210.*
- 211 *Explicatur textus in l. non ideo minus 5. Cod. de liber. cauf.*
- 212 *L. Bene à Zenone , Cod. de quadri. præscript. remissi<sup>v</sup>e.*
- 213 *Explicatur textus in l. Nemo ambigit 10. Cod. de acquir. possess.*
- 214 *Ad acquirendum possessionem requiritur animus & factum; ad retinendam solus animus.*
- 215 *Materia hæc remissi<sup>v</sup>e.*
- 216 *Iterum explicatur dicta lex Nemo ambigit.*

**E**X supradictis autem deducitur etiam interpretatio ad textum optimum in l. *Si quis ingenuam 21. ff. de captiv.* Sed antequam illius speciem ponamus , illud prænotare omnino oportet , liberum hominem captum ab hostibus , posteaque pretio redemptum , non manere servum donec & quousque pretium à redimente datum ipse reddiderit , sed solummodo magis in causam veluti pignoris constitui , l. 2. ibi: *Magis in causam pignoris constitui , quam in servilem conditionem esse detrusi videntur : l. si liberum 11. cum duabus sequentib. l commercio 16. l. liber captus 17. Cod. de postlim. revers. bonus textus in l qui testamento 20. §. 1. ff. qui testam. facer. ibi: Verum etiam ad eum , quem redemit ab hostibus , quamvis placeat hunc servum non esse , sed vinculo quodam retineri , donec pretium soluat. Et l. 2. §. si quis eum 3. juncto §. antecedenti , ff. de liber. homin. exhibend. Et ea ratione etiam antequam restituatur , pro eo data successionis jura sibi vendicare favore ingenuitatis potest , l. us qui liber 19. Cod. eod. tit. Ob eandemque rationem licet eo in tempore fœmina in servo conceperit , partus nihilominus*

tanquam ex ingenua ingenuus nascitur , dict. l. commercio 16. Cod. de postlim. Li-3 cèt autem liberi hominis nullum sit commercium , ob idque non minus pignorari haud possit , l. 1. §. si id quod dari 4 9. ff. de obligat. & act. l. liberi hominis 70. ff. ae contrah. empt. juncta l. sed & quod 9. l. 1. §. eam rem , ff. quæ res pignor. ideo tamen in hac specie quasi aliud pignus vallet , non quia servus ille maneat , sed quia publicè interfuit ita jus constitui , ut invitarentur ditiores ad captivos liberandos ; & quia non esset æquum ante pretij pro libertate hostibus dati restitucionem vendicare se in plenam libertatem , rem alias inæstimabilem , inde effectum est , ut quasi pignoris jus in libero homine locum habeat , ut pretio exsoluto dissolvatur , l. si pater 34. §. 1. ff. de donat. 6 juncta l. libertas 106 ff. de reg. jur. Et in hoc sensu docet Ulpian. in l. Senatus 43. §. ult. ff. de leg. 1. eum qui ab hostibus redemptus est , legari sibi posse , non quia per hoc legatum redemptus libertatem consequatur , cum redemptis servus non sit , sicut consequitur servus , si à domino suo legatus sibi fuerit , l. 2. Cod. de commun. serv. manumis. sed quia proficiat legatum ad liberationem vinculi illius quasi pignoris , quod in eo habebat qui redemerat .

His igitur sic prælibatis , jam fas est 8 ingredi speciem textus in dict. l. Titius ingenuam 21. in princip. quæ sic se habet: *Titius ingenuam ab hostibus captam redemit , eam apud se habuit ut ea filios suscipiat , & postea ex se natum tanquam filium naturalem cum matre manumisit. In hac , inquam , specie docet Ulpian. ignorantiam patris & matris minimè filij ingenuitati obstare , quia cum revera ex matre ingenua natus sit , ingenuus est , princip. Inst. de ingen. & opinata illa servitus , tam à patre , quam à matre ingenuitati non obstet ; quia cum ingenuus aliquis natus sit , non officit ei in servitute suis , id est in statu servili , nec quod postea manumissus sit : sæpius mē enim constitutum est natalibus non officere manumissionem , l. 2 Cod. de manumis. vindict. §. final. Inst. de ingen. Et hic est sensus illorum verborum: Ideoque eam , quæ postli- 10 minio*

*minio reversa erat libera & ingenua, ingenuum peperisse constat.*

- 11 Sed dices; implicare hæc verba, quibus utitur Ulpian. dum Titium maritum vocat, ibi: *Ignorantia mariti*. Quippe si Titius maritus fuit, non potuit habere redemptam in servili statu, cùm si ne matrimonio non possit quis esse maritus, nec dari possit matrimonium jure civili, nisi inter liberos, Civesque Romanos, l. *cum ancillis*, Cod. de incest. nupt. auth. de nupt. §. Si verò, in vers. Si verò ab initio, collat. 4. princip. Inst. de nupt. Sed respondendum est cum Gloss. ibi, illud verbum, *mariti*, non ad realitatem & veritatem referendum esse, sed potius ad hominum opinionem: quippe credebatur Titium cum redempta matrimonium contraxisse. Ex quo ergo Titius non habuit redemptam, ut ex ea, tanquam ex uxore filios susciperet, ut sic cum ea matrimonium contraxisset, profect illa optio, ut ei pignoris vinculum remissum intelligatur, ut in aliquo proposit: & hic est sensus illorum verborum. Exinde intelligi oportet remissum matri pignoris vinculum, ex quo de ea suscipere liberos optaverat; quia ad hujus remissionem sufficit qualemunque judicium, l. fædissimæ 7. l. si is qui te 13. l. liber captus 17. Cod. de postlumin. revers. Quod si Titius optasset ingenuam non redemptam, sed virtute militum recuperatam, cùm tunc ei pignoris nexus non tencatur, sed potius illum statum quem captivitatis causâ amiserat, recipiat, utique ex illa optione legitimum resultaret matrimonium, quod ex sola consuetudine præsumitur, l. in libera 24. ff. de rit. nupt. Et hic est sensus ultimi versiculi, ibi: *Quod si publicè, usque ad finem principij.*
- 14 Explicandus etiam ex supradictis venit idem Ulpian. in l. si patri redempto 15. ff. de captiv. ubi si pater redemptus ante luctionem defunctus sit, posse filium eiusum hæredem existere docet, non solum si post mortem patris offerat redemptionis quantitatem, sed etiam si nihil offerat.

In priori parte transit Ulpian. sine difficultate: namque ut ex supradictis

Pars II.

visum est, redemptus si ante ab hostibus captivitatem ingenuus erat, remanet ingenuus, & solum quodam veluti pignoris nexu retinetur à redemptore, donec redemptionis suæ pretium soluat. Quare rectè ingenuo patri suus fit hæres filius; & si ipse patris redempti pretium reddiderit, dissoluet illum quasi pignoris nexum, quo pater tenebatur, cùm premium illud non solum ab ipso redempto, sed ab alio quolibet offerri, vel solui possit, l. cum & postlimini, ibi: *A te, vel ab alio recipere*, Cod. de postlumin. revers.

Sed in secunda parte maximam habet difficultatem: namque certi juris est, quandiu res pignorata durat, durare etiam pignus, si pecunia soluta non sit, l. si rem 9. §. omnis 3. ff. de pignorat. act. l. Grege 15. §. 11am 5. ff. de pignorib. & hypothec. l. debitor sub pignore 59. ff. ad Treb. Non poterit ergo jus illud pignoris finiri, nisi mortuo redempto; tunc enim quasi peremptâ re pignoratâ, consequens erat ut pignoris jus in ea radicatum finiretur, ex regula legis Is qui 45. 17. ff. de oblig. & act. l. ex legati causa 23. cum similibus concordantibus, ff. de verb. obligat. Et tamen Ulpianus docet, adhuc vivente redempto jus illud pignoris extinctum fuisse, ut demonstrant verba illa, *hunc dum moritur, quasi jure pignoris finito, nactum postliminium, & sine obligatione debiti obiisse*. Illud namque instans, in quo quis moritur, magis vitæ, quam morti tribuendum esse docet textus in l. ult. ff. de condit. instit. Respondendum tamen est, pignus hoc non ex conventione aliqua descendere, sed naturale prorsus esse, idest introductum ratione naturali, ut videlicet ratione illius redemptor servum sibi habeat redemptionis, quod pro redempto expedit premium, argumento textus in l. Julianus 13. § offerri 8. ff. de act. empt. Unde consequens est, ut tamdiu duret, quamdiu utile, quia luibile fuerit. Ceterum eo ipso, quod redemptus mori incipit, jam non est luibilis; quia in eo instanti lui non potest: quippe licet in instanti possit fieri oblatio solutionis, quæ vicem solutionis habeat ad conditionem adimplendam, l. ult. ff. de condit. in. 20. statut.

stitut. l. Arescusa 15. in fine, ff. de stat. homin. & ad redimendum hoc, de quo agimus, pignus possit per alium offerri pecunia, d. l. cùm & postliminij 6 Cod. de postlimin. reverà tamen ut redemptio effectivè consequatur, non sufficit oblatio, sed insuper vel numeratio, vel depositio 21 requiritur, d. l. Cùm & postliminij. l. accep- tam 29. Cod. de usur. Quæ omnia sanè in instanti illo mortis fieri non possunt. Rectè ergo dissoluitur hoc pignus, ad 22 huc vivente redempto; & ideo etiamsi filius post patris mortem premium non offerat patri, suus erit hæres, cùm extinto pignoris nexu jam postliminio rediisse pater intelligatur. Et hanc solutionem tradit Anton. Fab. in Pap. tit. 11. princip. 4. illat. 3. col. mihi 3. ad quem lo- 23 cum se remittit tit. 11. princip. 7. illat. 14.

Vel potius dic verè quidem illud pignoris jus redempti morte dissolui, quippe tunc extinguitur res pignorata: sed cùm principium instantis mortis adhuc vivente redempto fiat, licet ipsius instantis finis mors ipsa sit, ex eo Ulpian. docet subtilius dici posse, hunc dum moritur (quia vivens moritur, cùm jam mortuus mori non possit) quasi jure pignoris finito nactum postliminium, & ex eo utitur illo verbo, *quasi*, quia reverà non finitur nisi morte ipsa contingente. Et hic sine dubio videtur mihi verus & germanus Ulpiani sensus in d. l. *Si pater.*

24 Explicandus etiam ex supradictis venit textus in l. si quis prægnante 23. ff. de captiv. cuius hæc est species. Titius relicta uxore sua prægnante captus fuit ab hostibus, & eo existente in captivitate perperit uxor filium, qui postea adhuc patre captivo uxorem duxit (idest transacto eo tempore, quo absque patris consensu poterat filius familias uxorem ducere, de quo diximus jam) ex qua filium gignit, quo genito reversus fuit avus ab hostibus. In hac specie docet Julian. avum hunc omnia 25 jura nepotis nomine obtinere. Et fuit ratio dubitandi, quia cùm avus apud hostes esset tempore quo nepos conceptus fuit, videbatur nepotem præfactum illius avi nec agnatum, nec cognatum dici posse, argumento textus in l. i. §. Sci-

endum 8. ibi: *Si modo mortis tempore vel in rebus humanis, vel saltē concepti fuerint, l. Titius 6. in finalib. verbis. juncta l. seq. ff. de suis & legitim. hæredib. l. i. §. Si quis proximus ei 8. ff. unde cognati*, ibi: *Quia non fuit proximus cognatus ei, quo vivo nondum animal fuerit, l. nlt. ff. de ventr. in possess. mittend.* Contrarium tamen, & rectè respondet Julian. in d. l. si quis prægnante, idque postliminij potestate; nam cùm propter eam captivitatis memoria deleatur, semperque vivens avus in civitate fuisse credatur, l. Retro 16. ff. de captiv. cum jam sæpissimè superioribus capitulis citatis, perinde res habetur, ac si existente avo in Civitate filius natus esset, & consequenter habetur etiam nepos, ac si natus esset existente avo in civitate; quapropter avo nascitur. Et hic est sensus finalium verborum dictæ legis *Si quis 23. quibus 27 supplet Faber dictionem, &, & ita legit, Ac si ei filius natus in civitate fuisset, dict. 11. princip. 7. illat. 16.*

Infertur etiam ex supradictis interpretatio ad Paul. in l. *Si postlimino, penult. ff. de captiv.* In principio textus conclusionem proponit Labeo his verbis: *Si postlimino redisti, nihil dum in potestate hostium fuisti usucapere potuisti.* Circa quæ verba, & circa quam conclusionem aduertere oportet, in utroque sensu, in quo accipi potest, rissimam esse. Quippe si accipiatur conclusio eo in sensu, ut captus ab hostibus non possit inchoare usucaptionem, nullam prorsus dubitationem accipit: namque sine possessione non potest dari usucapio, l. sine possessione 25. l. justo errore 44. §. final. ibi: *Cum prius esset, ut quod usucatum diceretur, possessum fore: ff. de usucap. l. 2. Cod. de præscript. longi tempor.* Non potest autem possideri captus ab hostibus, cùm ab alio possideatur, l. *Sic eveniet 21. ff. ad leg. Jul. de adulter. l. liber homo 54. §. final. ibi: Quia nec possidere in telligitur qui ipse possideretur, ff. de acquir. rer. domin. l. i. §. Sed & per eum, ibi: *Sed nec vero domino, aut sibi acquiret, qui ab alio possidetur: l. cùm hæredes 23. §. i. ibi: Nec enim possunt videri aliquid possidere, cùm ipsi ab alio possideantur, ff. de acquir. possess.**

*possess.* Meritò ergo in hoc sensu absque dubio procedit prædicta conclusio, quam optimè ponit Ulpian. *in l. ait Praetor 23. §. 1. ff. ex quibus caus. maior. & in l. qui in servuute 160. ff. de reg. jur.* ibi: *Qui in servitate est usucapere non potest; nam cum possideatur, possidere non videtur.*

Sed etiam verissima est conclusio, si accipiatur eo in sensu, ut dicamus captum ab hostibus non posse continuare usucaptionem, ad illamque non restitu postliminio, etiamsi ab hostibus redeat. *31 Prioris partis illa est ratio, quia non datur usucapio sine continuata possessione, l. 3. ibi: Per continuationem possessionis, l. naturaliter 5. l. si is qui pro emptore 15. in princip. l. possessio 20. l. nunquam 31. §. 1. ff. de usucap. l. 1. & 2 Cod. de præscript. long. tempor.* Per captivitatem verò interrumpitur, immò perditur possessio, *dicit. l. si is qui pro emptore, l. qui universas 5. §. Item quod 3. ff. de acquir. posses.* ibi: *Aut si is qui possidet in alterius possessionem peruenit, cum alijs juribus citatis numero antecedenti. Non potest ergo captus ab hostibus usucaptionem continuare. Secundæ verò partis illa est ratio, quia possessio ex sua natura tota facti, non 33 juris est, l. 1. §. Si vir uxori 4. ibi: Quoniam res facti: l. possessionem 29 ibi: Quod est enim facti potest amittere ff. de acquir. posses. l. 1. §. Scævola 15. ibi: Quia facti est, & animi, ff. si is qui testam. liber esse: l. 3. §. 1. ff. de bonor. posses.* ibi: *Non ut rerum possessio accipienda est. Est enim juris magis, quam corporis possessio. Quæ verba posuit Ulpian. ad discriminandam bonorum possessionem, de qua in illo titulo agitur, à rerum possessione, de qua nunc agimus, & agitur in titulo de acquirenda possessione; sic docens illam juris, hanc verò facti esse.*

Postliminium autem jura suspendit, ut integra redeunti ab hostibus captivo reserventur, *l. Illa institutio 32. §. 1. ff. de hæred. instit. dict. l. cùm hæredes 23. §. 1. & ut jam suprà diximus circa res facti non operatur. Hac ergo ratione captivitate abrumptur, & postliminio non restitui- 35 tur, ut eleganter docet Papinian. in dict. l. denique 19. ff. ex quib. caus. maior. dict. l. si is qui pro emptore 15. ff. de usucap. l. in bello*

*12. §. facti, ff. de captiv. Concluditur ergo, non fingi postliminio captum possesse, & usucapisse, ut explicat optimè Cuiac. lib. 3. quæst. Papinianu in dict. l. Denique. Fab. tit. 1. princip. 8. illat. 28.*

Sed contra supradictam conclusiōnem, & rationem, quā illam fulcimus illud obiici potest, quod licet quoties possessio acquiritur, seu ut DD. loquuntur, in fieri est, facti sit; cæterū tamen quoties acquisita, & in esse producta est, juris esse dic tur, prout tenet Bartol.

*l. 1. num. 6. & ibidem Jason, ff. de acquir. posses. Covar. in reg. possessor. 2. part. init. n. 3. & sic videntur in priori sensu accipienda jura suprà à nobis adducta probantia possessionem quid facti esse. In secundo verò sensu sunt plurima alia, quæ illam juris esse dicunt, vel jus appellant, ut in l. peregrin. 44. in princip. ibi:*

*Vis possessionis, l. possessio 49 in fine principij, ibi: Et plurimum ex iure posses. mutuetur: & in §. 1. in fine, ibi: Sed & iuris est,*

*ff. de acquir. posses. & satis ostendit Javolen. in dict. l. cùm hæres 23. ff. eodem, dum tradens omnia jura à defuncto ad hæredes transire, in possessione limitat ( exceptio namque de regula esse debet, )*

*l. si ea res 31. §. final. ibi: Qui prior jus ejus adprehenderit, ff. de acquir. posses. l. 2. §. final. ibi: Qui possessionem corporis vel iuris 36*

*adeptus est, ff. de precario, l. non ideo minus*

*5. ibi: Inconveniūm possessionis jus obtinebis. Cod. de liber. caus. l. nemo ambigit 10. ibi:*

*Aliam quæ iure consistit, & ibi: Super iure possessionis vacillet, Cod. de acquir. posses.*

Sed in sensu supradictæ conclusionis, cùm agitur de re possessa ante captivitatem, quia proponuntur termini de usucapione cœpta, agitur de possessione jam in esse producta: ergo si in hoc sensu juris est, utique rectè suspendi, & restitui postliminij fictione potest, ac proinde sequitur suspendi & restitui posse usucaptionem.

Pro solutione hujus difficultatis di- 38 cendum est, minimè Nos admittere distinctionem Bart. & sequacium distinguuntum inter possessionem in fieri, ut tunc facti sit; & in facto esse, ut tunc sit juris: quia admissa tali distinctione inextricabilis est supradicta difficultas, &

39 convincitur manifestè ex d.l. denique 19. ff. ex quibus caus. maior l. in bello 12. §. facti 2. ff. de captiv. Quæ jura cùm possessionem facti esse affirment, non de acquirenda, sed de jam acquisita, & in esse producta tractant, cùm de illius interruptione, vel amissione loquantur. Interrumpi autem, aut amitti, nisi quæ jam acquisita sit, non posse, satis ad oculos constat: quod idem probat textus 40 optimus in l. possessionem 29. ff. de acquir. posses. ibi: *Quod enim facti est, potest amittere.* Ubi verbum, *amittere*, supponit Jureconsultum tractare de possessione jam in facto esse producta. Cui ne obilitet textus in l. *Pupillus* 11. ff. de acquir. rer. domin. ultra Gloss. in dictis juribus, 41 & in §. nunc. admonendi, verbo *Illam*, Inst. quibus alienar. licet vel non, videndus est Pichard. in d. §. Nunc admonendi, num. 7. Cuiac. in recit. ad tit. ff. de acquir. posses. in dict. l. possessionem: ubi etiam de explicatione legis 2. §. Si à pupillo, ff. pro emptor. post gloss. ibi: & adiunge etiam Donel. lib. 1. comment. cap. 21. vers. de compendijs: & l. 5. c. 15. vers. *Hæc in his.* Et quod possessio licet jam in facto esse producta, facti sit, & facti dicatur, satis etiam probare videtur textus in l. 1. §. si vir uxori 4. & §. antecedenti, ff. de acquir. posses. 43 probaturque ratione, quia nemo facto suo jus nostrum nobis auferre, aut minuere potest, putà rem nostram subripiendo, contrectando, vendendo, tradendove: manet integrum nihilominus & dominium, & pignus, & si quod aliud jus nostrum fuit in re ablata, l. soluendo 39. ff. de negot. gest. l. debitorem 15. Cod. de pignoribus & hypothec. l. nec filius 7. Cod. de reb. credit. Atqui unusquisque re subrepta, & erepta eo facto statim possidere definit; quæ tamen possessio jam erat in esse producta, & in facto esse, l. possideri 3. §. si rem 18. l. rem quæ nobis 15. ff. de acquir. posses. Sequitur ergo quod possessio etiam in facto esse, & jam producta, non juris, sed potius facti est. Ulterius nemo ideo rei suæ dominium amittit, quia res forte ita excedit, ut non inventatur, putà quia decidit in flumen, aut decidit ex curru; dominium enim jus est, quod semel quæsumum manet etiamsi

res nostras, atque ideo jus nostrum ignoramus, §. ult. Inst. de rer. divis. Contrà his factis statim possessio, etiam jam produccta, & in facto esse, amittitur dict. l. 3. §. *Nerua filius* 13. ff. de acquir. posses. Non ergo juris, sed potius facti est dicta possessio. Explicat optimè Donel. l. 5. c. 6. à 45 vers. Si possidere, ubi Osuald. lit. F. Cuiac. ad tit. ff. de acquir. posses. in l. 1. §. si vir uxori. Giphan. ibid. & in l. cùm hæredes 23. §. 1. ff. de acquir. posses. Petr. Gregor. lib. 1. syntagma. c. 13. Anton. Fab. in rat. ad tit. ff. ex quibus caus. maior. in dict. l. denique, Pi- chard. ad tit. Inst. de interdict. art. 2. à n. 47. cum sequentibus.

Deinde non admittimus sententiam 46 Accursij in dict. l. denique, gloss. penult. & in d. l. Possessio: ejusdem Bart. in l. si is qui pro emptore 15. à n. 9. cum seq. ff. de usucap. nec Jasonis ibid. n. 2. distinguunt um, ut alia sit quæ multum facti, & multum juris habeat, qualem dicunt esse eam, quæ per procuratorem & servum ex causa non peculiari acquiritur; alia vero, quæ multum juris, & parum facti habet, qualem dicunt esse, quæ ex causa peculiari per filios, & servos queritur: quippe cùm possidere sit sibi rem habere, vel cum animo sibi possidendi retinere, ut eleganter explicat Valenc. lib. 1. illustr. tract. 2. c. 2. à n. 14. nulla enim potest esse possessio, quæ non plurimum facti habeat; nulla item, quæ non plurimum juris, cùm dominia omnia, vel ex jure gentium sint, vel civili: unde ex possessione tot resultant juris effectus.

Rejicimus etiam opinionem Alciati 47 in tract. de quinquer. præscript. Petr. Gregor. l. 1. syntagma. cap. 13. Varon. l. 2. declarat. c. 33 Cuiac. ad tit. Cod. de acquir. posses. & l. 3. quæst. Papini, in dict. l. Denique, Fachin. lib. 8. controversial. 5. civilem possessionem à naturali distinguunt, ut illa juris, hæc facti sit: quippe quod licet has duas possessionis species admit- 48 tamus, civilem nempe, & naturalem (quidquid alij non admittant citati per Osuald. ad Donel. l. 5. c. 7. lit. P.) propter jura expressa, quæ de illis mentionem faciunt in l. in hac actione 3. §. final. circa finem, ff. ad exhibend. l. 2. §. 1. ff. pro here- de, l. 1. §. Dejicitur 9. ff. de vi, & vi ar- mat.

mat. l. quod servus 24. ff. de acquir. posses. l. stipulatio ista 38. §. hæc quodque 7. ff. de verbor. obligat. & satis duas esse possessionis species demonstrent Consulti in l. quemadmodum 8. ibi: Nulla possessio, ff. de acquir. posses. & in l. non solum 33. §. quod vulgo, ff. de usucap. ibi: Nullam possessio. 49 nem habet; non tamen admittimus civilem possessionem eam dici, quam animo quis retinet, naturalem vero cui corpore insititur; sed potius civilem possessionem justam, sive bona fide apprehensam dicimus; naturalem vero injustam, sive mala fide apprehensam appellamus, ut eleganter probant jura in l. 3. §. ex contrario, & in § vel etiam 22. ff. de acquir. posses. ibi: Vel etiam potest dividit possessionis genus in duas species, ut possideatur aut bona fide, aut non bona fide: l. duo 19. in princip. ff. de precario; satisque colligitur ex l. quod servus 24. ff. de acquir. posses. ubi Labeo civilem possessionem justam appellavit, injustam autem naturalis seu corporalis appellatione explicuit, cum eam ex maleficijs apprehensam affirmet. Non est igitur civilis possessio ea, quæ solo animo retinetur; naturalis vero, quæ tenetur corpore, ut si quis cum peregrinè profectus esset, nemine in fundo relieto, sic tamen ut nollet amittere possessionem, is civiliter possideat: si quis autem in possessione fundi esset, vel perse, vel per alios, is possidet naturaliter, ad textum in l. clam. possidere 6. §. qui ad nunamas, l. si id quod 25. §. 1. & 2. ff. de acquir. posses. prout vulgo notatur ad l. nemo, Cod. de acquir. posses. traduntque in expresso Alciat. in l. quæstio, ff. de verbor. significat. Duaren. l. 1. disputat. c. 8. & ad iiii. ff. de acquir. posses. cap. 1. & ad l. 1. cod. in Pac. quæst. §. 1. Hottoman. lib. 1. obser. 1. quippe quod possessio quæ tenetur corpore, & ea quæ retinetur animo, non sunt species diversæ, sed una & eadem possessio. Neque enim qui corpore est in fundo, & naturaliter possidet, si is posse à è fundo exeat, nanciscitur novam possessionem, sed eam ipsam, quam prius habebat, animo retinet; unde & prior retineri dicitur, non nova acquiri. 50 Neque hæc negantur in l. nemo 10. Cod. de acquir. posses. cum dicitur pos-

sessionis duplē esse rationem; nam ratio possessionis ibi non significat speciem, sed modum possidendi, ut est usus Latinorum; quo modo dicta est ratio obtinendæ possessionis in dict. l. clam possidere 6. in princip. & appetet ex illo Ciceronis: Omnis honesta est ratio expedientia salutis.

Neque etiam accommodata sunt exempla ad discernendas has duas possessionis species, civilis & naturalis, si dicas civilem possessionem eam esse, quæ sine aliqua insitentia retinetur animo; naturalem vero, cui insititur: sicut naturalis possessio dicitur usufructuarij, coloni, & cæterorum, qui rei incumbunt, dict. l. 2. §. 1. ff. pro hærede, l. 3. §. ult. cum l. seq. ff. 51 ad exhibend. & quod hæc personæ dicantur naturaliter possidere, constat ex l. naturaliter 12. in princip. l. possessio 49. in principio (quibus in locis de usufructuario agitur) ff. de acquir. posses. l. & habet 15. §. eum qui 4. ff. de precario: ubi precario rogantem, nancisci possessionem non esse dubium, docet Pompon. l. cum unus 7. §. neque colonis 11. ff. commun. divid. ubi loquens Ulpianus de colonis & depositario, addit hæc verba: Quamvis naturaliter possideant, l. videamus 38. §. si possessionem 10. ff. de usur. ubi iterum de depositario, & commodatario agitur. Nam quando naturaliter prædictæ personæ possidere dicuntur, ad factum tantum tenendi illud refertur, argumento textus in l. Si quis in gravi 3. §. aptare 19. 52 ff. ad Syllan. quæ detentio & insitentia à civili possessione aliquando distinguitur, dict. l. 3. au fine, ff. ad exhib. dict. l. 2. §. 1 ff. pro hærede, dict. l. stipulatio ista 8. §. hæc quoque, ff. de verbor. obligat. non sanè quasi ista detentio seu insitentia diversam possessionis speciem constituant, sed quia diversum quid sit. Non resipiunt ergo præfata jura ad veram aliquam possessionem, quâ omnino carent prædictæ personæ, cum non sibi, sed alijs possideant, & ille possidere dicatur, cuius nomine possidetur, l. quod meo 8. in 53 princip. ff. de acquir. posses. Reinos. obser. 18. ideoque in illis nullam possessionis speciem locum habere, recte scripsit Consult. in lacquiritur 10. §. ulti. ff. de acquir.

quir. rer. domin. l. non solum 33. §. i. vers.  
cūm hæc, ff. de usucap. l. certi 6. §. is qui  
rogavit, ff. de precar. §. placet 5. vers. Fru-  
ctuarius, Inst. per quas person. probatur  
que manifestè ex l. i. §. dejicitur 9. & §.  
denique 10. & §. quod servus 22. ff. de vi  
& vi arm. quibus locis cūm scribunt  
Consulti, illum dejici de possessione, qui  
possidet, sive civiliter, sive naturaliter  
possideat; quia etiam naturalis possessio  
ad interdictum illud proficiat, ideoque  
mulierem in re à marito donata interdi-  
ctum habere, quamvis possessio illius in-  
justa sit, atque colonum, & servum, qui  
alieno nomine possident, interdicto unde  
vi experiri non posse, ex eoque demon-  
strant prædictas personas non habere  
ullam, nec naturalem quidem possessio-  
nem, quam ad interdictum proficere  
scripserant, quando viro usufructuario  
dicitur interdictum unde vi, & uti possi-  
detis, competere, in l. idem est 3. §. unde  
vi 13. & §. qui ususfruct. 14. ff. de vi, &  
vi armat. & in l. ult. ff. uti possidet. id intel-  
ligendum prorsus erit non respectivè  
ad possessionem fundi retinendam, vel  
recuperandam, quam nec habet, nec un-  
quam habuit usufructuarius; sed ad ip-  
sam ususfructus possessionem, quam ha-  
bere fatemur. Et diversitatis ea est ratio,  
quia quamvis fundum domino, non sibi  
possideant, usumfructum tamen sibi,  
non domino possident, argumento tex-  
tus in l. Quod ait Prætor 7. ff. quorum le-  
gator, & hæc est vera hujus textus mens,  
quam tradit Valenc. lib. i. illustr. tract. 2.  
c. 3. n. 10. omissis quæ tradit Donel. lib. 15.  
comment. c. 33. vers. interdictum autem.  
55 Pro latiori verò hujus textus intelligen-  
tia vibebis Menoch. de recuper. remedio  
1. q. 5. à n. 69. cum seqq. & de retinend. re-  
med. 3. q. 8. à n. 70. cum seqq. Castil. de usu-  
fruct. cap 5. à n. 28. Gratian. 2. tom c. 311.  
Cavebis tamen in multis ab illorum do-  
ctrinis, quæ nobiscum pugnant; quæ  
enim in his numeris scripta sunt, in Ju-  
reconsultorum expressis responsis alle-  
gatis fundantur.  
56 Sed ut redeamus unde digressi fuimus,  
sequitur quod licet admittamus, prout  
admitti debet, communem distinctio-  
nem, & divisionem possessionis in civi-

lem & naturalem, prout admittunt Do-  
nel. l. 5. c. 7. Cuiac. l. 27. observ. c. 7 & l. 9.  
cap. 33. Anton. Fab. 2. tom. rational. in l. of-  
ficium 9. ff. de rei vindicat. Valenc. qui ul-  
tra hos alios citat l. i. illustr. tract. 2. cap. 3.  
num. 2. quamvis in explicando varient,  
tradit etiam Valasc. de jure emphyteut.  
quæstion. 8. à n. 5. videndus Pichard. ad  
tit. Inst. de interdict tit. 4. à n. 29. usque ad  
num. 109. non evadimus tamen difficult-  
atem supradictam distinguendo inter  
possessionem civilem ut illam juris dic-  
mus; & naturalem, ut illam facti appelle-  
mus.

Dicendum ergo existimamus, posses-  
sionem à facto incipere, factique esse, &  
ex facto totam æstimari, quantum ad  
propriam suam naturam & substan-  
tiā pertinet, l. Denique 19. ff. ex quibus  
caus. maior. dict. l. 1. §. si furiosus, & §. si vir  
uxori, dict. l. possessionem 29. ff. de acquir.  
possess. dict. l. 1. §. Scævola, ff. si is qui te-  
stam liber esse juss. dict. l. in bello 12. §. fa-  
cti, ff. de capiuv. cum similibus: quippe 58  
possidere nihil aliud est, quam rem tene-  
re, & in ea sedere, ideoque vel à pedibus  
appellatur, qui naturaliter tenentur ab  
eo qui eis insistit, ut ex Labeone refert  
Paul. in l. 1. in princip. ff. de acquir. possess. 59  
secundum vulgarem lectionem; vel à  
pedibus, quasi sedium positio, prout in  
Pandectis Florentinis legitur: quo utro-  
que modo dici solet à Prudentibus, quod  
tam una, quam altera notatio, seu allu-  
sio nominis denotet possessionem sessio-  
nis, incubationis, aut insistentiæ; con-  
stat enim quod tam detinet qui sedet,  
quam qui insistit; constatque ex l. quod  
meo 18. §. si venditorem 2 ff. de acquir. pos-  
sess. ibi: Non utique ita accipendum est, ut  
qui fundum possidere velit, omnes glebas  
circumambulet; sed sufficit quamlibet par-  
tem ejus fundi introire. In quibus juribus  
alluditur ad pedum positionem: ad alte-  
ram verò notam, quatenus à pedibus di-  
citur, respiciunt Consulti in l. si eum 28.  
§. ult. ff. de fideicom. libert. ibi: Namque  
eos, qui apud sedes suas, & domicilium  
sunt, &c. l. 1. ff. de Decur. ibi: Quos sedibus  
civitatis, &c. l. in lege censoria 203. ff. de  
verbis. obligat. ibi: Ubi quisque sedes, &  
tabulas haberet. Quibus in locis sedes

pro domicilio, vel possessione accipiuntur. Et quia utraque notatione, seu allusione notatur possessio, meritò Paul. in l. 3. §. ex contrario 5. ff. de acquir. possess. argumentatur ab eis ad probandum duos in solidum eandem rem possidere non posse, ibi: *Non magis enim eadem possessio apud duos esse potest, quam ut tu stare videaris in eo loco, in quo ego sto; vel in quo ego sedeo, in sedere videaris.* Ad allusionem possessionis sumptam à pedibus, alludit Cicero. *Philip. 3. Hodie nō (inquit) die, Patres Conscripti, in possessionem libertatis pedem ponimus.* Et Pindar. in *Phæd.* od 4. ibi: *Aiunt autem hoc esse molestissimum præclarè scientem cogi necessitate extra habere pedem.* Ad alteram verò allusionem à sedibus dictam Virgil. lib. 1. *Aeneid.*

*Hic tamen ille urbem Patavi, sedes que locavit.*

Et Ovid. *de tristib. lib. 4. eleg. 1.*

*Hic ergo solitæ jaceo novus incola sedis.*

Et Sueton. in *August. cap. 28.* *In sua sede Remp. sistere.*

Notabis tamen, quod quamvis his duobus modis, pedibus, & sedibus possessio frequentius acquiratur, non utique excluduntur alij, cum & oculorum aspettu, & clavium traditione, aliisque factis possessio acquiratur, l. 1. §. si jussierim 21. l. quod meo 18. §. si venditorem, l. interdum 21. in fine, l. quarundam 11. l. penult. §. ult. ff. de acquir. possess. l. si ergo 9. §. ult ff. de jur. dot. l. clavibus 74. ff. de contr. tempt. l. quod si neque 14. §. 1. ff. de peric. & commcd. rei vend. l. pecuniam 79. ff. de solut. l. 1. Cod. de donat juncto §. ex his, Inst. per quas person. l. 1. Cod. de crimin expilat. hæredit. videndique sunt pro explicazione Donel. lib. 5. comment. cap. 9. Gilken. de præscript. part. 2. memb. 3. cap. 1. n. 11. Cujac. lib. 1. definit. Papinian. in dict. l. clavibus, Giphan. in l. 1. §. si jussierim, ff. de acquir. possess. de quibus Nos forens. cap. 5. n. 72. & seqq.

Sed quamvis possessio jure quidem à facto incipiat, totaque facti sit, & ex facto tota assumetur, quantum ad proprium suam naturam & substantiam pertinet, habet tamen plurimum juris.

Pars II.

quoad effectus ex ipsa promanantes. Et 62  
hoc respectu, cum ex possessione multa profluant jure civili commoda, juris dicitur, seu jus possessionis, dict. l. peregrè 44. in princip. ff. de acquir. possess. dict. l. si ea res 31. §. final. ff. de act. empli, dict. l. non ideo minus 5. Cod. de liber. caus. dict. l. Nemo ambigit 10 Cod. de acquir. & tenet possess. Verum cum id extrinsecum possessioni sit, & illius naturae extraneum, & ad unum mutuatum à jure dicitur in dict. l. 63 possessio 49. ff. de acquir. possess. in iam repetitis verbis, eo quod plurimum à jure possessio mutuetur, id est mutuatur à jure illud, quod juris in ea est; mutuari enim idem non est atque sumere aliunde. Cicer. de nat. Deor. Mutuemur hoc quoque verbum, dicaturque tam æther latine, quam dicitur aer. Et de Orat. Ab academicis subtilitatem ingenij mutuantur cuncta. Aliae ejusdem Ciceronis autoritate 3. de Orat. translationes, quasi mutuationes sunt, cum qui non habeas, aliunde sumas. Et hoc respectu diciimus etiam 64 non possideri personas illas, quarum possessio jus non probat, hoc est quarum possessioni mutuos suos non dat effectus, l. stipulatio ista 38. §. hæc quoque 7. ff. de verbor. obligat. l. Si eum qui 26 ff. de donat. inter. Et sane si attentè legatur, ita docet Donel. dict. lib. 5. dict. cap. 6. maximè vers. Proferentur etiam: videturque tenere Pichard. ubi supra, à n. 74. sed expressius tenuit acutissimus Anton. Fab. in rat. in dict. l. Denique, & post eum cum multis Valenc. tom. 1. Illustr. tract. 2. c. 2. n. 41. & tract. 3. c. 11. n. 7. in hoc quoque sensu admitti potest sententia Corrasij in rub. ad tit. ff. de acquir. hæredit. num. 3. Everard. Bronchorst. enantioph. cent. 3. assert. 93. afferentium possessionem mixtam esse partim facti, partim juris, ut nempe intelligatur, non quod secundum suam naturam, & essentiam juris aliquid habeat possessio, sed quod propter effectus à jure tributos, & à jure per eam mutuatos partem juris dicatur habere.

Quamvis autem ex supradictis satis colligatur solutio ad jura supra adducta à n. 36. quibus moventur DD. ibi citati ad docendum possessionem in facto jam

KK

pro-

productam juris esse, nihilominus tamen per ea discurremus, ut nostra sententia ex toto firma remaneat. Ad tex-  
 65 tum ergo *in dict. l. peregrè, in princip. ut congruenter respondeatur, præsupponendum est*, non loqui ibi Papinian. de thesauro propriè dicto, quia thesaurus propriè dicitur vetus quædam depositio pecuniae, cujus non extat memoria, ut  
 66 jam dominum non habeat, *l. nunquam 31. §. 1. ff. de acquir. rer. domin. vel ut Damhauder. definit 6. variar. Thesaurus est depositiva pecunia, quæ longa vetustate competentes dominos amisit. Et brevius Gratian. immemorialis pecuniae depositio: vel potius, ut melius definit Imperat. Leo in l. 1. Cod. de thesaur. lib. 10. condita ab ignotis dominis tempore vetustiore mobilia. Et hujus thesauri dominus, aut possessor nullus est, sed potest acquiri ei, qui cum invenit dominium enim acquirit qui invenerit, & possessionem jure gentium acquirit,*  
 67 *d.l.nunquam 31. §. 1. & quasi divino munere, ut ait dicta lex 1. Cod. de thesaur. lib. 10. fortunæ dono, ut ait lex is qui 63. §. 1. ff. de acquir. rer. domin. hac scilicet distinctione, ut si quis thesaurum loco suo invenerit, semper fiat ejus, sive eum quæsitus invenerit, sive casu; & fit illius totus, non aliter tamen, quam si loco motus sit, idest occupatus, l. possideri 3. §. Neratius, ff. de acquir. possess. quod quidem per textum hunc verissimum est, & tenet Gomez in l. 45. Tauri, à n. 47. Barb. in l. divortio 8. §. si fundum, à n. 34. vers. Secunda limitatio, ubi rectè expendit dictum §. Neratius: Farinac. de var. ac divers. quæst. q. 104. n. 26 Donel. lib. 4. c. 14. vers. Sed satis est: & probat etiam textus in d. l. peregrè, ibi: Non alias posse derum, quam si ipsius rei possessionem super terram adentus fuisset. Et in l. thesauris 15. ff ad exhib. ibi: Cum eum loco non moveris: tenetque etiam Cuiac. in recitat ad tit. ff de acq. poss. ff. in d. §. Neratius, ubi optime explicat Castil. lib. 7. c. 41. n. 109. quidquid dicat Valasc. q. 15. n. 24. Gratian. c. 453. n. 24. Tantum magicæ artes ad thesauro inveniendum prohibentur, *dict. l. unic. C. de thesaur. lib. 10 immò si quis illis utatur, totus ab eo per-**

fiscum, tanquam ab indigno aufertur, *l. 1. ff. de jur. fisc. juncta gloss. Arte, in d. l. 69 unica. Sin verò in alieno invenerit, si quidem casu, dum quis forte arat, aut aliquid operis in eo facit, hujus etiam invenientis, & occupantis fit, non tamen in solidum, sed pro dimidia tantum parte; altera verò dimidia domino prædiij acquiritur, §. thesaurus 39. Inst. de rer. divis. d.l.unic. Cod. de thesaur. lib. 10. & comprobatur etiam textus in l. divortio, §. si fundum. ff. solut. matrim. Quod si data 70 operā thesaurus in loco alieno inventus fuerit, idest si quis in alieno thesaurum fuerit scrutatus, totus domino loci reddendus est, dict. l. unica, Cod. de thesaur. lib. 10. immò nec volēte domino in alieno agro thesauro querere licitum est, dict. l. vica, Cod. de thesaur. lib. 10 ibi: Immò nec volentibus, nec ignorantibus dominis opes abditas suo nomine perscrutari. Quid verò juris sit, si de facto volente domino id fiat, satis aperit textus in dict. l. unica, in illis verbis: Aut præter hujus 71 legis tenorem in alieno loco thesaurum scrutatus invenerit, totum locorum domino reddere compellatur, & velut temerator legis saluberrimæ puniatur. Cùm enim à principio statuisset Imperator, quod nemō, etiam volentibus dominis opes abditas in alieno fundo perscrutaretur, & postea in supradictis verbis normam præbeat circa acquisitionem præfati thesauri, utique decrevisse dicendum est, quod in præfato casu totus thesaurus domino acquireretur; ipse verò inventor extra ordinem puniretur. Et ita tradit Gomez in dict. l. 45. Tauri, n. 51. vers. Secunda conclusio. Farinac. dict. q. 104. n. 5. & pro ratione ob quam nec volente domino id permisum sit, videndus Valasc. dict. q. 15. n. 7. ubi optimè R. ipol. de regalib. cap. 16. n. 43. Barbos. in dict. l. Maritus 8. §. si fundum, n. 39. ubi omnino videndus. Larrea 1. tom. dec. 44. n. 22. & 72 23. Osuald. ad Donel. lib. 4. cap. 14. lit. F. Quid verò si ultra industriam & scrutationem artes magicæ adhibeantur? Distinguuntur. Aut solummodo ab inventore adiiciuntur, aut etiam à domino agri, qui sciens eas adhiberi, haud renuit. In priori casu totus thesaurus domino acquiri-*

quiritur, quia si ei acquiritur data opera ab inventore, à fortiori cùm ultra industriam & operam prohibitæ artes adhibentur: neque tunc fiscus locum habere potest, quia totus thesaurus jam acquisitus est ob industriam, & operam inventoris. Nihil ergo adversus hanc domino acquisitionem prædictarum artium magicarum additamentum operabitur. Et ita licet Nostris non tradant, tradunt tamen Less. lib. 2. cap. 5. num. 66. Bonacini. tom. 2. de restit. in genere, disput. 1. quest. 3. punct. 6. n. 6. vers. dixi. In secundo vero casu totus thesaurus à domino tanquam ab indigno eripietur; hæc enim pœna imponitur artibus magicis utentibus, l. 1. ff. de jur. fisc. Cùm enim alias eo in casu totus thesaurus domino esset acquirendus, cùm inventor ob solam industriam, & ob scrutationem nihil in eo habere possit, rectè totus thesaurus à domino, tanquam ab indigno eripitur; nihil enim habet fiscus, quod tunc ab inventore eripiat, nisi solam criminis punitionem, de qua in l. nemo, & ferè per totum Cod. de malific. & mathem.

Quod si thesaurus in loco publico, vel Cæsariorum, civitatis, aut fisci inventus fuerit, sic etiam distinguere debes, ut si fortuito casu inveniatur, similiter prodimidia ad inventorem, pro altera vero dimidia ad fiscum, civitatem, aut Cæsarem loci dominos pertineat, dict. §. thesauros 39 Inst. de rer. divisi dict. l. unica, Cod. de thesaur. lib. 10. Hi enim loci non minus alieni respectu inventoris sunt, quam alij privati, in quibus dicta lex unica illam statuit distinctionem. Et eadem ratione, si data opera, adhibitaque industria quis in præfatis locis thesaurum invenerit, totus civitati, Cæsari, aut fisco acquiretur, nihilque inventor.

Difficile tamen est valde resoluere, quid sit dicendum, si thesaurus in locis sacris, religiosisve fuerit inventus: Quippe Callistrat. in l. non intelligitur 3. §. si in locis 10. ff. de jur. fisci, expresse dimidiā inventori partem tribuit, alteram vero fisco; æquiparat enim ibi thesaurum inventum in dictis locis, ac si in locis fiscalibus, vel Cæsariorum adin-

Pars II.

ventus fuisset, & ita ex rescripto Divorum fratrum constitutum fuisse refert. Quod tamen intelligendum est, dummodo non data opera adinveniretur; tunc namque totus ad fiscum pertinet, ut est textus clarus in cap. 1. in fine, quæ sint regalia in usib. feudor. ibi: Et dimidium thesauri in loco Cæsariorum inventi, non data opera totum ad eum pertineat.

Cæterum Julian. Imper. in dict. §. thesauros 39. etiam expresse decidit, thesauro fortuito casu inventum in locis sacris, & religiosis in totum inventorū cedere, ut conitat ex illis verbis: *Thesauros quos quis in loco suo invenerit, Divus Adrianus naturalem æquitatem sequutus et concessit, qui eos invenerit; idemque statuit, si quis in sacro, aut religioso loco fortuito casu invenerit.*

Pro solutione horum iurium multa dicunt DD. post Gloss. in utroque loco, Feudistæ in dict. cap. 1. Gomez in dict. l. 45. Tauri, n. 52. Garc. de expens. post Alciat. per eum relatum c. 22. n. 56 Peregrin. de jure fisc. l. 4. tit. 2. n. 6. & 7. per totum, Ropol. de regalib. c. 16. n. 53. Barb. in dict. §. ult. à n. 2. Menoch. & Barb. in dict. §. si fundum, à n. 42. usque ad n. 49. Covar. in reg. peccatum, 3 part. §. ult. à n. 2. Menoch. lib. 5. præsumpt. 30. n. 8. vers. Si vero inventus. Farinac. dict. q. 104. à n. 10. Molin. de just. tract. 2. disput. 56. n. 5. Pi- chard. in dict. §. Thesauros, n. 2. vers. Cui difficultati, Donel. lib. 4. cap. 14. vers. Se- cunda differentia est à regula, quæ situm est de thesauro: & ibi Osuald. lit. F. Cuiac. lib. 9. observ. c. 37. col. mibi 4. in vers. Nec faciliores, & in comment. ad tit. ff. de jur. fisc. in dict. l. 3. & in dict. §. si in locis, Castil. dict. cap. 41. n. 111.

Sed inter multas quas DD. supradictis locis advertunt, illa melior, & solider, veriorque mihi videtur solutio, quod dictus §. Thesauros, probet thesauro repertum in loco sacro, vel religioso in totum inventoris fieri. Et quidem quoad inventum in loco sacro nulla lex contradicit: nam si bene legatur dicta lex 3. §. final. ff. de jure fisc. & in dict. cap. unic. in fine, quæ sint regalia, tan- tū loquuntur de thesauro invento in loco religioso, juxta quæ dicendum uti-

que est, quod si in loco sacro thesaurus inveniatur, in totum erit inventoris, ut est expressum in dict. §. thesauros. Et ratio est, quia attentâ ratione naturali thesaurus totus debebat acquiri inventori, & tantum propter sedandas discordias inter inventorem, & dominum fundi, jus civile dimidium thesauri concedit domino, ut probant supradicta jura, maximè dicta lex unica, Cod. de thesaur. lib. 10. traduntque ferè omnes DD. suprà citati de hac materia tractantes. Cùm igitur locus sacer non sit in dominio alicujus, cessat prædicta ratio, & ideo totus thesaurus conceditur inventoris.

80. Et qua ratione colliges meritò Bald. in §. Lapilli, in fine, Inst. de rer. divis. tradidisse thesaurum inventum in locis publicis, qui non sunt in alicujus bonis, veluti in plateis, & vijs publicis, in totum acquiri inventori. Et idem tenet Covar. ubi suprà, num. 3. ad medium, & alij relati, & sequuti per Barb. ubi etiam suprà, num. 44. quidquid repugnet Peregrin. d. tit. 3. n. 8.

81. Quapropter tota difficultas, & controversia remanet circa thesaurum inventum in loco religioso; nam dictus §. thesauros, probat in totum acquiri inventori: at verò dicta lex 3. §. final. & dict. cap. unic. probat pro dimidio acquiri fisco. Sed dicendum pro concordia est, quod si quis reperiat thesaurum in loco religioso, in quo habeat jus sepulchri, in totum ei acquiritur: & ita procedit textus in dict. §. thesauros. Sin autem reperiatur in loco religioso, sive is sit in loco publico, sive certè sit ille religiosus locus alterius privati, tunc dimidium sit inventoris, dimidium verò fisci; & ita procedit textus in d. §. final. & in d. cap. uno.

82. Et ratio differentiæ in hac specie est inter locum sacrum & religiosum, quia loca sacra non solum non sunt in alicujus bonis, sed etiam neque ullum jus privatum in illis haberi potest, cùm publici juris esse censeantur, l. 1. §. hujus studij, ff. de just. & jur. Loca autem religiosa, licet non sint in alicujus bonis, §. nullius, Inst. de rer. divis. id tamen intelligendum est quoad proprietatem; nam

quoad usum, id est jus sepecliendi, sunt in bonis privatorum, l. familiaria 5. & seq. 83 ff. de religios. l. sepulchrum 4. l. jus sepulchri 13. Cod. eod. tit. de qua re videndus optimè Molin. lib. 1. cap. 24. à n. 12. cum sequentibus, & ad pulchrum casum in practica contingentem Phœb. 1. part. dec. 8. Meritò ergo ex his resultat, quod si quis reperiat thesaurum in loco religioso, in quo habeat jus sepulchri, thesaurus in totum ei acquiratur; nam cùm tunc quoad dominium non sit in alienis bonis, & sepulchrum quoad usum sit suum, rectè in totum ei quæritur thesaurus. In secundo verò casu cum prædictum jus competens habenti jus sepulchri non sit dominium, & dimidium tantum domino rei, in qua reperitur thesaurus, jubeat præstari dictus §. thesauros, habenti jus sepulchri dimidium dandum non est, ac ob id tanquam in dominio vacante quoad partem fiscus succedit, argumento tituli Codicis de bon. vacante. libr. 10. Quæ ratio à fortiori 84 procedit, sit in loco publico religiosus sit locus; & ita conciliat eleganter Barb. ubi suprà, & videtur sentire Osuald. ad 85 Donel. dict. lit. F. quod procedit etiam hodie, licet thesaurus in loco publico, vel religioso inveniatur, ut rectè tenet, & contrarijs respondet Barb. ubi proxime, n. 46. & 47. videndusque Cabed. 2. part. dec. 56. in arrest. ultim. quidquid dicant relati per eundem Barb. dict. n. 46. docentes non fisco sacerulari, sed Ecclesiæ Prælato dimidium illud esse applicandum: quibus addendi sunt Ropol. dict. cap. 16. n. 55. Farinac. d. q. 104 n. 12. Bonac. ubi proxime, n. 5. Peregrin. ubi suprà, n. 7. vers. Verum: Gutierrez practicar. lib. 4. q. 36. n. 47. Castil. d. cap. 41 num. 111. vers. Et eandem.

Quæ tamen de thesauris diximus inventis in locis sacris, vel religiosis, intelleguntur si fortuitò, & non datâ operâ inventi fuerint, aliter in nihilum inventori cedent, sed potius in totum fisco, ut probat Barb. suprà. n. 47. vers. ad complementum. Ropol. num. 55. Peregrin. num. 7. & alij relati per Farinac. ubi suprà n. 12.

An verò hodie confuetudo aliquid introduxit circa thesauri inventio-

83 nem diversum à supradictis , & maximè  
an Principi totus acquirendus sit ? Vide  
Barb. *suprà*, n. final. Farin. n. 32. Molin.  
Theologum n. 10. vers. *Paludanus*, Bonacini. num. 1. vers. final. Castil. dict. c. 41.  
87 88 n. 113. & universam materiam ad hanc  
rem pertinentem perlucide videbis ex-  
plicatam, quin quæstio aliqua sit præter-  
missa apud DD. quos citatos relinquimus  
per discursum numerorum, in qui-  
bus de thesauri inventione , & acqui-  
sitione sermonem habuimus, & ponimus  
jam finem huic rei, ut iterum redeamus  
ad locum, à quo digressi fuimus, nempe  
ad explicationem textus in dict. l. pere-  
grè 44. in princip. ff. de acquir. posses.

Accipitur in hoc loco thesaurus im-  
propriè , pro pecunia nempe à domino  
præsidij, vel custodiæ gratiâ seposita, &  
89 recondita , cuius idem manet dominus,  
& possessor , qui condit , adeo ut eâ su-  
breptâ ei competat actio furti , aut vis  
bonorum raptorum , & condicatio furti-  
va , & rei vendicatio , & actio ad exhi-  
bendum , ut accipitur etiam thesaurus  
impropriè in l. nunquam 31. §. 1. in vers.  
aliоquin, ff. de acquir. rer. domin. l. thesau-  
rus 15. ff. ad exhib. l. à tutore 67. ff. de  
rei vendicat. nec quicquam interest in  
suo quis suam pecuniam condiderit , an  
in alieno : nam etsi in alieno loco condi-  
derit , ejus dominium retinet & posse-  
sionem, ut probant supradicta jura.

90 Hoc supposito fuit quæstio hujus le-  
gis , an ejus thesauri possessor esse desi-  
nat, qui condiderit, si peregrè profectu-  
rus condiderit , & reversus locum quod  
condidit, memoriâ non repeatat, non re-  
cognoscat. Et rursus quæsumus fuit , si  
postea locum agnoverit, an denuò amissam  
possessionem recipiat?

Et quidem ea videtur fuisse dubitandi  
ratio , quia res mobiles eatenus posside-  
mus, quatenus sub custodia nostra sunt,  
idest quatenus eas apprehendere possu-  
mus , ut cernere licet in exemplo pecu-  
dis mei , quod aberravit: nam quamvis  
non desinam esse dominus bovis aber-  
rantis , quâ ratione ejus fit furtum , si  
91 quis eum interciderit aberrantem, l. 1. §.  
1. ff. de abig. eum tamen non possum di-  
cipossidere, l. 3. §. Nervia 13. ff. de acquir.

posses. Et similiter feras bestias, quæ sunt  
in sylva mea desino possidere , quoniam  
sunt in naturali libertate , nec aliter eas  
possidere intelligor , quâm si incluserim  
eas in vivarijs; eas autem, quæ vagantur  
in sylvis nostris, non possidemus, quam-  
vis earum domini simus : quemadmo-  
dum pisces , qui sunt in stagno nostro  
non possidemus, licet domini simus, si in  
piscinis eos non coniecerimus, 3. §. item  
feras bestias 14. ff. de acquir. posses. Et si-  
militer lapidem, aut vas nostrum , quod  
ita excidit , aut demersum est in mare,  
aut flumen , ut non inveniatur , desini-  
mus possidere , licet non desinamus esse  
domini, l. Pompon. refert 13 ff de acquir.  
posses. & generaliter quidem rem nobil-  
mem, quam ita perdidimus, ut ignoremus  
ubi sit , desinimus possidere , l. si id quod  
25. in princip. ff. de acquir. posses. Ergo si-  
militer videbatur dicendum , amissam  
fuisse thesauri possessionem ab eo , qui  
ignorat locum, in quo cum seposuit, vel  
recondidit.

Diversum tamen respondet Papinian. 92  
quia imbecillitas memoriæ non adfert  
damnum possessioni , & hæc significant  
illa verba: *Ius possessionis ei, qui condidisset,*  
*non videri peremptum*; idest, non esse sub-  
latam actionem, vel ad vindicandam, vel  
condicendam pecuniam ; omnis enim  
actio jus est, quia sic definitur à Justinia-  
no in princip. Inst. de act. Jus persequendi 93  
in judicio quod sibi debetur. Unde ver-  
bum illud, *jus*, distinctum est ab ipsa pos-  
sessione, sicut semper distinctum est à re,  
quæ per illam petitur, vel revindicatur.  
Quapropter sic in hoc sensu interpreta-  
to verbo illo , nihil adversus resolutio- 94  
nem, quam sequimur, Papinian. obstat in  
præsenti. Et ad probandam suam con-  
clusionem utitur Jurisconsultus com-  
paratione servi , quo enim momento  
servum meum non video ( quod de ani-  
mali quolibet dici potest ) & nescio ubi 95  
fit , non amitto ejus possessionem ; sic  
etiam thesaurum meum , sive is sit in  
meo, sive in alieno loco , sive supra ter-  
ram, sive infra terram, dum cum non vi-  
deo , aut non recordor planè quo loco  
eum reliquerim, non desino possidere.

Neque obstat ratio dubitandi suprà  
confi-

considerata, quia ita intelligimus regulam hujus textus, ut thesaurum non definamus possidere, quando licet sciamus fundum, ignoramus tamen locum, in quo defossus est; ita tamen ut si diligenter eum inquiramus, invenire eum possumus, alioquin si & fundum ignoraverimus, vel cum recognoscentes invenire locum non poterimus, etiam adhibitâ diligentia, cum tunc jam sub custodia nostra esse non possit, definimus eum possidere, etiamsi ab alio non possideatur: & ita deducitur ex textu *in dict. l. si id quod 25. & ex dict. l. 3. §. Nerua, in finalibus verbis, ff. de acquir. posses. & tradit Glossa in dict. l. peregrine, verbo locum.* Unde ratio dubitandi cohæret rationi decidendi.

Suam tamen conclusionem limitat Pap. dummodo pecunia ipsa recondita ab alio occupata non fuerit, utputa si illam considerim in alieno fundo (non ut cadaver sepultum, quia hoc prohibitum est, *l. lege Julia 4. §. non fit 6. ff. ad leg. Jul. peculat sed custodiæ tantum causâ*) dominusque illius sciat pecuniam meam in eo reconditam, ego vero ignorem locum: in hac, inquam, specie, nec scientia domini ei possessionem tribuit, nec eam à me adimit; illam tamen aufert contrectatio, & occupatio meæ pecuniae, quia per eam occupationem & contrectationem possessio occupanti acquiritur; & cum apud duos esse non possit, aufertur à me, *l. 3. §. Neratius, ff. de acquir. posses. dict. l. thesaurus 15. ff. ad exhibend.*

*98 Pro totali vero intellectu dictæ legis peregrine, illud adnotabis, supradicta, nempe rei mobilis possessionem perdi eo ipso quod sub custodia nostra non est, intelligenda esse de his, quæ ratione carrent, non vero de his, quæ rationem habent. Namque etiamsi servi non sint sub custodia nostra, & etiamsi eorum custodiæ neglexerimus, à nobis possidentur, 99 dum ab alijs non possidentur; quia habent animum ad nos revertendi, ut eleganter docet idem Papinian. in dict. l. si rem mobilem 47. ff. de acquir. posses. immò id ipsum procedit etiamsi animum revertendi non habeant, ut videre est in*

fugitivo servo. Nam quamvis natura non patiatur, ut idem sit agens, & patiens, *l. si plures 9. vers. nec difficile, ff. de pact. l. aposui 38. §. Stichus, ff. ae picul. l. pupillus, §. item ipse, ff. de authoritat. tutor.* tamen utilitas ratione introducitur fuit, ne sit in potestate servorum fugiendo dominis possessionem sui auferre, qui nec alterius rei possessionem domino subvertere possunt, *l. rem quæ 101 15. l. Pompon. 15. in princip. l. 1. §. per servum, ff. de acquir. posses. l. servi & filij 17. §. ultim. ff. de furt. l. interdictum 16. §. servi 4 ff. de publican. & vectigalib. l. final. §. sane si servus, ibi: Seipsum furatus, Cod. de iis qui Eccles. Dummodo tamen servus 102 fugitivus nec ab alio possideatur, nec se pro libero gerat, & in possessione libertatis sine dolo malo moratus fuerit, paratusque judicium liberale adversus dominum suscipere, quo equidem etiam casu à domino non possidetur, ut explicat textus *in l. 3. §. si servus 10. l. per eum 50. §. per servum 1. ff. de acquir. posses. l. si is qui pro emptore 15. §. 1. ff. de usucap. l. si is 25. §. ult. ff. de liber. caus. quod tam non adaptatur propriè servo fugitivo, quia verè, & propriè fugitivus non est servus ille, qui se pro libero gerit; quia eo ipso, quod fugitivum agat, & in fuga sit, pro servo agere creditur. Docent Alber. Salicet. & reliqui in l. 1. Cod. 103 de serv. fugitivo: ubi etiam Giphani. & Cuiac. idem Cuiac. lib. 17. observ cap. 10. Anton. Fab. in Jurisprud. tit 3. princip. 3. illat. 1. Duaren. in dict. l. 1. §. per servum. Osuald. ad Dom. lib. 5. cap. 24. lit. D. Sin vero servus ex servitute libertatem 104 proclaimaverit, dominus eum possidebit, quisque liber sit pronuntiatus, *d. l. 3. d. §. si servus 10. in vers. Alioquin retinetur: namque tunc animo durat possessio, licet corpore non possideatur; & ita conciliandus est textus in dict. §. si ser. 105 vus, cum l. si cui 25. §. ult. l. ordinata 24. ff. de liber. caus. l. lite 14. Cod. eod. l. si servus 33. §. eum qui, ff. de procurat. l. qui autem 12. ff. ex quib. caus. maior. cum Cuiac. lib. 54. Pauli ad edict. in dict. l. 3. dict. §. si servus. Nisi dixeris ea jura intelligenda fore, ut servus non possideatur quoad illud, ut judicium liberale rectè peragatur,***

100 *tur, habeatque personam legitimam consistendi in judicio; quod evenire non posset, nisi in possessione libertatis, ut talis quoad eas causas habeatur, ut tradit Accurs. in dict. l. lice 14. Donel. lib. 5. cap. 106 12. vers. servum. Quod idem intelligendum est de quibusdam animalibus ratione carentibus, quae tamen ex consuetudine abire a nobis, & redire solent; nam etiamsi per momenta quædam exeunt custodiâ nostrâ, & avolent, nihilominus a nobis possidentur, retinenturque, non tantum eorum dominium, sed & possessio, quandiu habent animum revertendi, l. 3. §. uem feras 14. ff. de acquir. posses. explicat Cuiac. lib. 23. quæst. Pap. in dict. l. peregrin. & in recitatione ad tu. ff. de acquir. posses. in dict. l. rem 15. & in d. l. Pompon. 13. & in dict. l. 1. in dict. §. per servum. Donel. lib. 15. comment. cap. 12. per totum, Fab. in rat. ad dict. l. si servus 15. ff. de publician. in rem act. Valenc. lib. 1. illustr. tract. 2. cap. 10. per totum. Sed quia in hanc rem incidimus, ab ea non abibimus, quin plures difficultates statim hic occurrentes saltem breviter explanemus.*

107 *Potest primò contra supradicta opponi textus in l. liber homo 54. §. final. in fine, ff. de acquir. rer. domin. in illis verbis: Sicut nec per fugitivum quidem, quem non possidet. Ex quibus videtur probari servum fugitivum a domino non possideri. Respondebis tamen loqui ibi Consultum de servo fugitivo ab alio possesso, vel pro libero se gerente, quem a domino non possideri supra diximus, & satis colligitur solutio hæc ex comparatione, quæ ibi uititur Consultus, dum docet per servum alienum, quem bona fide possidet domino ignorante, usucapere non posse; & tunc dicit, sicut nec per fugitivum quidem, quem non possidet; id est per eum fugitivum, quem scilicet non possidet, quia nempe vel ab alio possidetur, vel se gerit pro libero: & ita tradit Gloss. lt. V. Valenc. ubi supra, num. 5.*

109 *Potest opponi textus in l. ancilla 60. ff. defurt. quò loci aperte African. docet ancillam fugitivam sui ipsius furtum facere: quod etiam scribunt Imperatores*

*in l. 1. Cod. de serv. fugitiv. sed furtum non committitur sine contrectatione 110 possessionis, l. 1. §. Scævola, ff. si 15 qui testam. liber esse, junctis traditis per Amanyam lib. 2. obseru. cap. 7. à num. 15. cum seqq. Ergo manifestè sequitur, servum fugitivum a domino non possideri, immo per fugam dominum possessione sua privare. Respondebis tamen id non intelligi respectu ipsius domini, sed respectu aliorum, videlicet ne servus fugitivus, tanquam furtivus ab alio usuca- pi possit, §. furuvè, Inst. de usu cap. id que etiam utilitatis cauta receptum fuit ne servi fuga, vel ancillæ dominis officiat, dict. l. 1. Cod. de serv. fugitiv. & ita intelligit Cuiac. tract. 7. ad African. in dict. l. ancillæ. Valenc. d. cap. 10. num. 5. & ut Castrens. optimè docet in dict. l. §. per servum. ff. de acquir. posses. servus fugitivus possidetur ad ea, quæ ad domini favorem tendunt, sed quoad ea, quæ tendunt in illius præjudicium, non habetur dominus pro possessore.*

Hinc per servum fugitivum dominus possessionem, dominiumque acquirit, sicut per eos servos, quos in provincia habet, l. arboribus 12. §. de illo 3. ff. de usufruct. l. 2. §. si fugitivus 25. ff. de vibonor. raptor. dict. l. 1. §. per servum 4. de acquir. posses.

Fortiter tamen obstat videtur tex- 113 tus in l. si servus meus 15. ff. de publician. in rem act. ubi Pompon. scribit, quod si servus qui in fuga est, rem a non domino emerit, competere domino publicianam, licet possessionem per eum nactus non sit, prout sunt formalia Consulti verba. Omissis tamen, quæ Glossa ibi ponit, verbo non sim; nec non relictis traditis per Anton. Fab. in rat. ad eum 11 text. existimantem dissensisse in hac quæstione Consultos, ut apparere dicit ex dict. §. servum 14. Pomponiumque hic Neruæ sententiam amplexum fuisse, qui existimabat per servum fugitivum domino possessionem acquiri non posse, contra cuius opinionem Cassij, & Juliani diversum iudicium fuisse refertur in dict. §. per servum: respondendum est cum Osvald. ad Donel. lib. 5. §. 12. lt. F. illud verbum, possessionem, intelligen- dum

dum esse de corporali apprehensione, & ita in eo vers. Licet possessionem nactus non sit, potius ratio dubitandi, quam decidendi continetur, quia non obstante responderit Pompon. publicianam dari domino, quia sufficeret traditio servo facta, ut per eam ei possessio acquiratur, etiam si nondum ipse dominus ipsius rei naturalem possessionem nactus esset: & ita etiam intelligit Valenc. ubi supra, num. 9.

**115** Hinc etiam servus fugitivus licet peculium, quod habebat, non perdat, & ratione illius ignorantis, & absenti domino possit acquirere, a. l. peregrin. 44. §. quæsum 1. ff. de acquir. posses. perdit tamen peculij liberam administrationem, ne illud vel illius partem alienando, domini deteriorem possit conditionem facere, l. libera 48. ff. de pecul. l. rogasti 11. §. si fugitivus, ff. de reb. credit. cui addes Morlam in empor. 1. part. tu. 8. num. 19. juncta l. si convenerit 18. §. final. ff. de pignorat. act.

**116** Ex dictis etiam explicandus venit difficilimus textus in l. Servi, & filij 17. §. illud quæsum 3. ff. de furt. species est: Servus fugitivus rem quandam à domino suo furatus fuit: qui servus postea fuit possessus bona fide ab alio tertio. In hac specie inquirit Ulpian. an domino servi competit actio furti adversus bonæ fidei possessorem? Et ratio dubitandi pro parte negativa proponitur illis verbis: *Movet quæstionem, quod quanvis possidere servum eo tempore, quo in fuga est, videar.* Pro parte vero affirmativa faciunt altera sequentia verba: *Attamen furti actione non tenor; quasi non sit in mea potestate.* Daturque solutio ad rationem dubitandi illis alteris verbis: *Quod enim videor possidere, ad usucacionem tantum mihi proficere Julian.* scribit. Proponitur vero resolutio quæstionis in sequentibus verbis: *Dicit igitur Pompon. lib. 17. ex Sabino, competit furti actionem huic domino, cujus servus in fuga fuit.*

**117** Et sanè litera hujus textus multas patitur difficultates. Prima sit, quod supponit servum fugitivum posse furtum domino committere, ut ibi: *Illud quæsum est si cum in fuga esset servus, furtum*

*domino fecisset.* Cùm tamen contrarium doceat Gaius in l. rem quæ nobis 15. ff. de acquir. posses. ibi: *Et hæc est ratio, quæ videamur fugitivum possidere, quod is quemadmodum aliarum rerum possessionem intervertere non potest, ita nec suam quidem potest.* Quod idem probat textus in l. non solum 33. §. final. ff. de usucap. Consonat etiam textus in l. si de eo 40. in princ. ff. de acquir. posses.

Respondendum tamen est, supradicata jura intelligenda esse de fugitivo ser-<sup>118</sup>vo interim dum ab alio non possidetur; postquam vero ab alio possidetur, quemadmodum ipse furtivus fit pro domini utilitate, ut jam supra diximus; ita etiam res ab eo furata furtiva fit, ut domino contra possessorem actio detur. Quæ solutio recte percipitur ex textu in l. in-  
terdum 56. §. cum autem servum 3. ff. de furt. ibi: *Quandiu eam retinet, conditio ejus non mutatur; nihil enim domino abest, sed si alij tradiderit, furtum faciat.*

Sed replicari poterit ex dict. l. servi, & filij 17. in princip. & in §. 1. ubi Ulpian. scribit, quod quanvis servus furtum faciat, actionem tamen domino contra servum non competere; adeo ut quanvis post furtum patratum servus alienatus, vel manumissus fuerit, non tamen ideo magis furti actione teneatur: ea scilicet ratione, quia actio, quæ ab initio orta non fuit, ex postfacto nasci minimè potest. Sic ergo videbatur dicendum in specie dicti §. quæsum, nempe minimè actionem furti adversus possessorem servi competere posse, cum à principio pro ipso furto actio haud competeteret.

Respondendum tamen est, certe quidem ubi primùm servus domino intervertit possessionem, furtum committere; ideo tamen veteres non prodijisse domino adversus eum actionem, quia cum possit in furum statuere, necesse non habet adversus furem litigare. Cum vero adversus fugitivum ab alio possessum jam dominus statuere non possit, recte quidem ne fuga servorum ei sit damno-<sup>120</sup>sa, adversus possessorem furtivam rem possidentem ei proditur actio. Valenc. dict. cap. 7. num. 18.

## Pars II. Caput XCVIII. §. IV.

265

<sup>121</sup> Ulterius difficilis est supradictus tex-  
tus , dum præfatam actionem furti do-  
mino concedit ; quia ille qui noxali ac-  
tione tenetur , si servus alij furtum fe-  
cisset , ipse noxalem actionem habere  
non potest , *apud antiquos 21. vers. Cum-  
que generalis Cod. defurt.* sed negari non  
potest , quod si servus furtum alij fece-  
rit , dominus pro furto teneatur : ergo di-  
cendum videtur in specie proposita ,  
minimè domino adversùs possessorem  
furti actionem competere .

<sup>122</sup> Quæ difficultas satis augetur *ex l. cùm  
servus 41. ff. de noxalib.* ubi si servus  
communis alteri dominorum damnum  
injuriam dederit , idcirco legis Aquiliæ  
actio non est ; quia si extraneo damnum  
dedisset , cum altero in solidum lege  
Aquilia agi posset : eandemque rationem  
& dispositionem futuram esse docet Ju-  
lian. *in dict. l. cùm servus* , si servus com-  
munis alteri domino furtum fecisset ;  
quippe tunc , sive furtum communis  
servus faceret , sive damnum injuria de-  
disset , dominus adversùs condominum  
communi dividendo ageret , ut scilicet  
<sup>123</sup> vel sibi damnum datum præstaretur  
simpliciter , vel ut ei servus in solidum  
adjudicetur , *l. si servus communis 161.  
ff. de furt.* *l.* & *puto 16. §. ult. ff. fa-  
mil. ercisc.* quod idem probat textus in  
*l. si unus 17. §. si servus 9. ff. de injur.* &  
*in l. qui usumfructum 18. ff. de noxalib.*  
ubi ei , qui usumfructum in servo ha-  
bet , perinde cum domino habet actionem  
furti , atque si quilibet alius esset ;  
minimè tamen illam habet cum usufru-  
ctuario proprietarius .

Et sanè cùm hæc sine dubio foret in  
præsenti ratio dubitandi , contrarium  
tanten respondit Consultus afferens in  
repetitis verbis , *attamen furti actionem,*  
*&c.* minimè in hac specie dominum  
furti actione teneri , si fugitivus alteri  
furtum fecerit .

Et ratio est , quia licet interim dum  
ab alio non possidetur fugitivus ser-  
vus à domino possideri videatur ;  
<sup>124</sup> non habet tamen facultatem , &  
potestatem eum exhibendi , idest eum  
tradendi , prout requiritur in noxalibus  
actionibus , & accipitur in illis verbum ,

*in potestate , ut probat textus in l. quoties  
21. §. in potestate 3. ff. de noxal. l. potesta-  
tis 215. ff. de verbor. significat.* & est bo-  
nus textus in l. *Celsus* , §. final. ff. ad ex-  
hibend. ibi : *Item si quis facultatem resti-  
tuendi non habeat , licet possideat , &c.* Cùm  
ergo prædictis actionibus non tenea-  
tur , nisi qui servi corpus tradere potest ,  
vel qui dolo desit , possit tradere , *l. no-  
xalis 7. bona fide 11. cum l. seqq. dict. l.  
quoties 21. in princip. ff. de noxalib.* & do-  
minus fugitivum tradere non possit , re-  
ctè quidem sequitur contra eum non  
competere noxalem actionem , ac pro-  
inde cessare prædictam difficultatem ,  
dandumque ei meritò esse furti actionem .

Obstat tamen huic solutioni textus <sup>125</sup>  
*in l. si servus 27. §. servi autem 3. ff. ad  
leg. Aquil.* in cuius specie docet Ulpian.  
quod is qui in fuga servum habet , tene-  
tur nomine ejus Aquiliæ actione : & ita  
refert tenuisse Julian. & esse verissimum  
& cum eo Marcellus consentit , pro ut  
sunt verba prædicti textus .

*Guic. tract. 6. ad African. in l. & ge-  
neraliter , ff. de noxalib.* pro hac secunda  
difficultate distinguit , an servus , qui est  
in fuga , ab alio possideatur , vel non ?  
Afferitque , quod si ab alio non possi-  
deatur , videatur à domino possideri ;  
non ita tamen ut teneatur noxali actio-  
ne , qui cum in sua potestate non habet ,  
ut sic videatur posse intelligi textus *in  
dict. l. servi , & filij 17. §. Illud quæsumum,  
ff. de furt.* Sin verò ab alio possideatur ,  
bona fide teneatur dominus noxali ac-  
tionem , quia à possessore recuperandi ser-  
vi facultatem non habet , & quod tene-  
tur in hoc vel ut recuperet , vel cedat  
actionibus , & ita veniat intelligendus  
textus *in dict. §. Servi autem.*

Non placet tamen mihi hæc solutio <sup>127</sup>  
ex eo , quod etiam quando servus ab alio  
non possidetur , non est inconveniens ,  
ut non possit adstringi ad cedendam ac-  
tionem . Deinde textus *in dict. §. Illud  
quæsumum* , agit de servo jam ab alio pos-  
sesso ; quia inquirit an contra possiden-  
tem domino detur actio furti . Et tamen  
in ea specie negat dominum fugiti-  
vi servi nomine noxali actione teneri :  
ergo

ergo nullo modo videtur admittenda  
hæc Cuiacij solutio.

- 128 Quare potius cum Accurso in dict. §.  
si autem servi, lit. O. necnon Anton. Fab.  
in rat. ad eum text. quos sequutus est  
Valenc. ubi supra num. 18. dicendum est  
speciale esse in actione legis Aquiliæ, ut  
sicut non datur nisi domino, l. uem Mel-  
la 11. §. legis, ff. de leg. Aquil. ita non  
detur nisi contra dominum, ut in dict. §.  
servi autem. Cum igitur licet servus in  
fuga vel adhuc non possideatur a tertio,  
vel jam possideatur, teneatur a domino  
quoad dominium, nihil mirum quod ad-  
versum eum legis Aquiliæ actio detur.

129 Tandem illud difficile est, quod sig-  
nificant illa verba dicti §. Illud quæsti-  
tum, ibi: *Quod enim videor possidere, ad*  
130 *usucaptionem tantum mihi proficere Ju-*  
*lian. scribit.* Vel enim consideratur hic  
servus postquam ab alio possideatur; vel  
consideratur postquam ab alio possessus  
est. Si primum, non solum ad usucapio-  
nem, sed etiam ad omnia, & ad domi-  
nium possidetur, ut probant jura supra  
a nobis citata. Si secundum, ad nihilum  
possidetur, cum ab alio possideatur, ut  
etiam probant eadem jura. Ergo male  
procedunt praefata verba.

131 Respondendum tamen est, verba haec  
referenda esse ad sensum, in quo servus  
fugitivus nondum ab alio possidetur,  
cum Valenc. dict. cap. 10. num. 17. sed  
non excludere acquisitionem per alte-  
ras causas ultra usucaptionem contin-  
gentes, solumque prolapta fuisse ad ex-  
cludendam actionem noxalem, de qua  
quæstio erat illiusque respectu Ulpia-  
num ex Juliano docuisse, tantum ad  
usucaptionem fugitiivi servi possessio-  
nem domino proficere. Et ita intelligit  
Giphan. in l. 1. §. per servum, ff. de ac-  
quir. possess. & ante eum Accurso. in hoc  
§. uel. lit. Z. verbo *Ad usucaptionem, in fi-*

132 *ne.* Vel etiam responderi posse existi-  
mo, praefata illa verba referri ad casum,  
in quo jam servus fugitivus ab alio pos-  
sideretur: ex eo autem dicit Jureconsul-  
tus, solum ad usucaptionem proficere  
domino, non ut eò tendat, ut velit sig-  
nificare, dominum per servum ab alio  
possessum usucapere; quia cum jam ab

alio possideatur, non potest cum usuca-  
pere interrupta possessione; sed ex eo  
proficere ad usucaptionem, videlicet ut  
a possessore usucapi non possit, cum  
furtivus sit, juxta ea, quae suprà jam di-  
ximus, & probavimus suprà.

Sed contrà poteris opponere, quod si 133  
verum esset, servum fugitivum iui ipsius furtum facere videri, ut nunquam usucapi posset à possessore, utique id procederet in ancilla fugitiva respectu etiam sui partus, ut quemadmodum ipsa sui ipsius furtum faceret, ita & partus, ut ipse partus etiam furtivus diceretur, ut probat textus *in l. ancillam* 60. *ff. de furtis.* Sed hoc falsum esse videtur 134 constare *in l. 1. §. fugitivum accipe* 5. *ff. de fugitivo,* ubi Ulpian. ex Labeonis sententia docet, non censeri fugitivum ex fugitiva ancilla natum: ergo supradicta non videntur subsistere. Sed omissis quæ tradit Fab. *in rat. ad dict. § fugitivum*, respondebis cum Amaya *observ. lib. 3. cap. 1. §. 3 numer. 51. & 52.* fugitivum non censeri partum editum ex fugitiva, ad hoc, ut qui eum celavit, dicitur fur, & puniatur, cùm aliás qui fugitivum celavit, sit fur & teneatur furti, *l. 1. in princip. ff. de fugit.* sed nihilo minus fugitivus censabitur, ne usucpiatur, & ne domino sit damnoſa fuga matris, *dict. l. ancilla* 60 *ff. de furtis.* Et ratio differentiæ est, quia qui servum fugitivum celat, habet animum intervertendæ domino possessionis, & lucrari vult servum. Quæ ratio cessat in partu, quippe cùm à domino nunquam fuerit possessus, non potest in eo dari vera correctatio, quæ est intervrsio possessionis, *l. 1. §. Scævola, ff. si is qui testament. liber esse.* Non potest ergo contra celantem partum extendi pœna, *l. cum quidam* 19. *ff. de liber. & posth. cap. Odia, de reg. jur. in 6.*

Sed jam h̄ic subsistamus , claudamus.  
que intellectum dict̄e legis *peregr̄e* , ra-  
tione cuius huc usque dict̄i notavimus,  
non subtilia quidem , nec vu'garia , no-  
tantes Papinianum quæstionis secundæ  
in ea propositæ non respondiſſe ; cùm  
satis res absolveretur per fo'utionem  
primæ. Si namque in ea specie non fuit  
perdita

## Pars II. Caput XCVIII. §. IV.

267

perdita possessio, nihil est quod tractetur, an restituatur, vel non, cum semper privatio habitum supponat, ut vulgare est dicterium.

135 Sequitur modò explicandus textus in l. *possessio* 49. *in princip. ff. de acquir. poss. dum propter finalia illa verba, & plurimum ex jure possessio mutuetur, adductus est à nobis suprà pro opinione illorum, qui tenent possessionem in facto esse; non facti, sed juris esse. Sed certè verba illa satis nostram probant sententiam, cum accipientur, & accipi debeat de effectibus à jure mutuatis: ut namque suprà probavimus, illud mutuatur ab aliquo, quod proprium mutuantis non est, sed potius illius, à quo mutuum accipitur.*

136 Duas verò definitiones proponit h̄ic Papinian. ad propositum, de quo h̄ic agitur. Primam in principio textus: secundam in §. 1. Prima hæc est, per servum, in quo usumfructum habemitis, non proprietatem, etiam possessionem nobis acquiri ex duabus tantùm causis, ex suis operis, quas habemus in fructu; & ex re nostra. Quod etiam probat textus in l. *Acquiritur* 10. §. *de his servis* 3. l. *quod fructuarius* 49. ff. *de acquir. rer. domin.* l. *si servi* 21. ff. *de usufruct. §. De his autem servis* 4. *Inst. per quas person. ubi DD. & in dictis juribus Donel. lib. 9 comment.*

137 cap. 6. à vers. *de servis*, nisi forte aliquid servo ipsius usufructuarij contemplatione relictum fuerit; tunc namque usufructuario, non domino acquiritur, *dict. l. si servi* 21. *in fine, ff. de usufruct. juncta l. sed & si quid* 22. ff. *ead. tit. lib. 3. & 4. ff. de oper. servor.*

Quod in dubio intelligendum est si usufructuarij servus nominetur, l. penult. vers. *Quia apertissimum, Cod. de jur. deliber. tradit Pichard. in dict. §. de servis autem, numer. 3.* Et quanvis Bart. in l. *si quis mihi bona, in princip. ff. de acquir. hæred.* existimet etiam in casu, in quo servus ipsius usufructuarij contemplatione hæres institutus fuerit, jussu domini proprietarij hæreditatem debere adire, quippe quod aditio hæreditatis in opere servi non sit, l. *additio* 45. §. *præterea, ff. de acquir. hæredit.* ita tamen ut si proprietarius re-

cuset jubere officio judicis compellatur, ut tradit Azor *in summa*, Cod. *per quas person. nob. acquirit.* aditioneque facta, universa hujusmodi bona à proprietario repetat fructuarius conditione sine causa, l. penult. & ibi Gloss. ff. *de stipulat. servor.* mihi tamen verius videatur eō casu fructuarium posse jubere, ut servus adeat, circuitus vitandi causā; l. *dominus testamento* 53. in vers. *Sed tam benignus, ff. de condic. indebiti;* quemadmodum liber homo, & servus alienus bona fide possessus hæreditatem adire possunt jussu bonæ fidei possessoris; l. *uditio, §. ult. ff. de acquir. hæredit.* Idem ergo in servo fructuario dicendum, quia quoad acquirendum ex re ejus, cui servit, suisquę operis, cum libero homine, servoque alieno bona fide possesso pari passu ambulat, l. *qui bona fide* 23. ff. *de acquir. rer. domin. §. idem placet, Inst. per quas person. nob. acquirit:* & ulterius, quia quando institutus est servus fructuarij contemplatione, utique ex re ipsius, in eius usufructu est, acquirere censetur, ac proinde proprietarij jussus non videtur necessarius. Et ita tradit latè las. *in dict. l. si quis mihi bona,* notatque Mysinger. *in dict. §. De his autem servis, num. 5.*

Hujus verò primæ definitionis ea fuit 141 ratio dubitandi, quod fructuarius non possidet, sed proprietarius solus, *dict. l. acquiritur* 10. §. *ult. circa finem, ff. de acquir. rer. domin.* latèque extat suprà à nobis probatum. Abiurdum autem videbatur, ut per servum nobis possessio acquireretur, quem non possidemus, l. *homo liber* 54. §. *ult. in fine, ff. eod. tit. de acquir. rer. domin.* huic tamen objectioni 142 respondit Papian. sequentibus verbis: *Cum & naturaliter à fructuario teneatur;* quæ non sunt intelligenda de possessione aliqua naturali, quam respectu proprietatis habeat fructuarius; nullam enim hoc in sensu possessionem habere, sed solum insistentiam quandam, suprà probavimus in dictis numeris; cum plurimum ex jure possessio mutuetur. *Quare* 143 appositi diceret sufficere insistentiam usufructuarij, necnon illius veram quasi possessionem, quam respectu ipsius usufructus habet, l. *Ait Praetor* 23. §. 2. ff. 44

*ff. ex quib. caus. maior.* & diximus jam  
suprà, ut in illis casibus usufructuarius  
per servum possessionem acquirat; quia  
quemadmodum in usufructu est factum  
insistentiae, & est jus utendi, & fruendi;  
ita in possessione factum est, nec deficit  
plurimum juris quoad effectus ab ipso

**144** jure mutuatos. Neque verò absurdum  
est, ut acquiramus possessionem per eum  
quem non possidemus; filium namque  
familias non possidemus, & tamen per  
eum acquirimus possessionem, *l. 1. §. item*  
*acquirimus 15. & §. per eum 8. ff. de ac-*  
*quir. possess.* Et hanc duco veram Papi-  
niani mentem *in dict. l. possessio* circa pri-  
mam definitionem in eo textu contem-  
tam.

**145** Secunda definitio proponitur à Papi-  
niano *in dict. §. 1.* ejusdem legis *possessio*,  
& ita habet: *Qui in aliena potestate sunt,*  
*rem peculiarem tenere possunt ea ratione,*  
*quia possessio non tantum corporis, sed &*  
*juris est.* Et pro vera intelligentia illud  
advertisimus, procedere supradictam de-  
finitionem tam respectu servi, quam re-  
spectu filij familias; generalia namque  
sunt verba illa: *Qui in aliena potestate*  
*sunt;* aptaque ut comprehendant tam  
servos, qui in potestate sunt domini,  
quam filios familias, qui partiae subsunt  
potestati. Deinde est advertendum, quod

**146** licet verbum, *peculum*, ex eo dicatur,  
quasi sit pusilla pecunia, sive patrimo-  
nium pusillum cuiusque, vel quod quis  
patrimonium suum speratum habet, ut  
docet textus *in l. depositi 5. §. peculum 3.*  
& *in l. peculum 39. ff. de pecul.* seu ut in-  
quit Terent. *in Phormione, act. 1. scen. 1.*  
*Quod ille vinciatum, vix de demenso suo*  
*suum defraudans genium comparuit miser:*  
seu ut Fest. & Plutarch. *in Valerio* dicunt,  
ortum habeat hoc nomen à pecore, sicut  
& nomen pecuniae; quia olim Romæ uni-  
versa cuiusque in pecoribus constabat  
substantia, prout affirmat Varro, quem  
sequitur Gothofred. *ad dictum §. Pecu-*  
*lum,* seu ad ea Virgilij verba *eclog. 1. Ne-*  
*que circa peculij;* quo in sensu, nempe  
prout significat cuiusque patrimonium,  
accipitur *in l. cogi 16. ff. ad Treb.* & *in l.*  
*choris 79. §. 1. ff. de leg. 2.* dum in hoc  
textu sc. audisse testatur Cels. rusticos

senes dicentes pecuniam sine peculio  
fragilem esse, peculium appellantes,  
quod praesidiij causa seponeretur, quasi  
apertiū dicerent, eam pecuniam fragi-  
lem esse, ex qua aliquid in repentinis  
usus separatum non esset, quod patrifam-  
ilias praesidio esse possit subita necessi-  
tate oborta, prout interpretantur For-  
ner. *in l. paterfamilias 82. ff. de verbis*  
*signific.* Pinel. *in l. 1. 2. part. num. 48 Cod.*  
*de bon. matern.* Rævard. *lib. 3. variar.*  
*cap. 17. ex quibus sic bene notavit Lar-*  
*rea selectarum lib. 1. cap. 1. num. 2. Ni-*  
*hilo minus tamen consuetudine loquen-*  
*di factum est, ut peculij nomine illud*  
*principiū comprehenderetur, quod ser-*  
*vus vel filius familias dum adhuc in do-*  
*mini, vel patris essent potestate, ipsius*  
*concessione habuissent, vel suā induſ-*  
*triā, laboreve lucrefecissent, ut pro-*  
*bant jura *in l. depositi 5. §. peculum 4.* &*  
*in dict. l. peculum 39.* Constatque ex Tul-  
lio *in Paradoxis*, ibi: *An eorum servituc*  
*dura esset, qui cupiditate peculij nullam*  
*conditionem recusant durissimae servitutis.*  
Plaut. *in Asinor. act. 2. scen. 4.* ibi: *Quam-*  
*quam ego sum siardatus frugi tamen sum,*  
*nec potest peculum enumerari.* Et iterum  
*act. 2. scen. 2. ibi: Largitur peculum om-*  
*ne. In tergo thesaurum gerit.*

Hac tamen distinctione, quod licet in  
servis unum dumtaxat peculij genus ag-  
nosceretur, cum propter servilem con-  
ditionem nihil proprium habere potuisse-  
nt, *§. item vobis, Inst. per quas person.*  
*nob. acquirit.* illud scilicet, quod ex bo-  
nis domini proficeretur, *d. l. depositi 7.*  
*§. peculum 4* tamen in filijs familias pro-  
qualitate illorum, quæ lucrari confue-  
verunt, in multiplici differentia pecu-  
lium esse coepit; aliud namque appella-  
tur castrense, vel militare, illud nempe  
quod à parentibus vel cognatis in mili-  
tia agenti donatum est, vel quod ipse fi-  
lius familias in militia acquisivit, quod  
nisi militaret acquisitus non fuisset;  
nam quod erat etiam sine militia acquisi-  
turus, id peculum ejus castrense non  
est, ut definit Macer *lib. 2. de re milit.* *in*  
*l. castrense 11. ff. de castr. pecul. l. 1. cum*  
*allegata 5. Cod. sod. tit. lib. 12. l. similiter 2.*  
ubi Ulpian. castrensi peculio adnumerat  
quæ

que ingenuis miles comparavit pecuniam à muliere patris relicta ad castrenses, vel militares res comparandas, l. miles 5. ubi idem Ulpian. eidem castrensi adnumerat peculio hæreditatem à commilitone relicta, vel ab eo quem per militiam cognovit, l. si miles 6. ubi idem Jurisconsultus docet donata ab uxore viro filiofamilias non causâ militiae, castrensis peculij non fieri, secus autem si causâ militiae donaverit, l. de hæreditate 19. ubi Triphonin. docet quod si agnatus alicujus ante militiam instituerit agnatum militem hæredem, non effici hæreditatem castrensis peculij, effici verò si post militiam instituat, l. 1. Cod. de castr. pecul. l. fideicommissaria 23. §. servum, ff. de fidicim. liber. pro cuius conciliatione cum lege Si tibi 86. §. si fundus, ff. de leg. 1. videbis Guiac. lib. 9. respons. Papinianni in dict. l. fideicommissaria 23. d. § si servum: sed quia hunc textum duabus in partibus emendat, sequeris potius Alberic. in l. si fundum 81. §. si libertus 4. ff. de leg. 1. Gomez 1. tom. variar. cap. 12. n. 14. l. hæc ratio 3. secundum hæc 4. ff. de donat inter, optimus textus in l. si forte 8. ff. de castrensi pecul. ubi ponitur casus de uxore, vel cognato, vel quolibet alio non ex castris noto filiofamilias donante quid, vel legante expresse & nominatim, ut in castrensi peculio haberer; & nihilominus docet Ulpianus id castrensi peculio adgregandum non esse, ea addita ratione: *Veritatem enim spectamus, an verè castrensi notitia, vel affectio fuit, non quod quis finxit. Elegans etiam textus in l. dotem 16. ff. eod. tit. cui ultra Cuiac. lib. 1. respons. Papinam in dict. l. dotem,* addes Fabrum de re optimè agentem in *Jurisprud. tit. 11. princip. 6. illat. 15.*

152 Aliud verò appellatur peculium quasi castrense, quod ad imaginem castrensis introductum est, cuius numero cedit quidquid filiusfamilias in palatini, vel togata militia versantibus acquisitum est, de quo in l. 1. §. in filijs quoque 6. ff. ad Treb. & in l. 1. §. neque castrense 15. ff. de collat. honor. l. final. Cod. de inoffic. testam. l. velut castrense 7. Cod. de affirso-rib. l. 4. l. cùm advocatio 8. Cod. de advo-  
cat. divers. judic. l. final. Cod. de collat.

De his autem duobus generibus pecu- 153  
lij castrensis, vel quasi castrensis non lo-  
quitur Papian in hac, de qua modò agi-  
mus, definitione; ea enim non solum te-  
nere, sed possidere, & habere possunt  
filii familias, quia totum hoc genus ca-  
strensis, vel quasi castrensis peculij filio-  
rum familias proprium est, l. ex nata 10.  
l. 3. in princip. ff. de castrensi pecul. l. Im-  
perator 50. in vers. post decreti, ff. ad Treb.  
ita eis acquisitum, ut de eis statuere pos-  
sint ut velint, non aliter quam patres fa-  
milias de suis rebus, l. 1. §. nec castrense, 154  
ff. de collat. honor. l. filiae 12. l. ult. Cod.  
eod. tit. l. cùm oportet, in princip. vers. Ex-  
ceptis, Cod. de bon. quæ liber. §. 1. Inst. de  
milit. testam. ubi quod testari potest fi-  
liusfamilias de rebus Castrensis etiam  
quando extra castra degit, dum tamen  
solemnitates à jure communi requisitas  
adhibeat. In castris autem, & expeditio- 155  
nibus occupatus privilegio militari in  
testando gaudebit, princip. Inst. quibus  
non est permis. facer. testam. l. penult. Cod.  
qui testam. facer. & satis supponunt jura  
in l. 1. 2. & in l. proponebatur 19. ff. de cas-  
trensi pecul. l. cùm filiusfam. 28 l. si filius-  
fam. 33. ff. de testam. milit. l. ult. ff. ad Ter-  
tillian. Et de bonis quasi castrensis lo-  
quitur textus in dict. l. penult. Cod. qui  
testam. facer. & in l. final. Cod. de inoffic.  
testament. & in §. final Inst. de milit. tes-  
tam. l. 1. §. in filiisfam. 6. ff. ad Treb. ubi  
quod Senatusconsultum illud locum ha-  
bet in filiusfamilias judicio quando de cas-  
trensi peculio, vel quasi testatur, l. bona  
3. §. dari 5. ff. de bonor. posses. ubi simili-  
ter fit mentio de testamento facto de ca-  
strensi, vel quasi castrensi peculio. Inde 156  
etiam dictus filiusfamilias in castrensi  
peculio vice patrisfamilias fungì potest,  
l. 2. ff. ad Macedon. Et cùm olim lis nulla  
esse posset inter patrem & filium, quem  
in potestate habebat, de ceteris rebus,  
poterat tamen esse de castrensi peculio,  
& de rebus ad illud pertinentibus, l. lis  
nulla 4. ff. de judic. hoc enim efficit totum  
favor militiae, & potestas patria, licet  
per eam non dissolvatur, §. filiusfam. 4.  
Inst. quib. mod. jus patriæ potest. solvit. ita  
tamen moderetur, & restringatur, ut  
recte observavit Osuald. ad Donel. lib. 9.  
cap. 5. in not. lit. B. Pecu-

Peculium adventitium illud est omne quidquid filiofamilias obvenit aliunde sive labore, & opere ejus, sive aliena liberalitate ad eum pervenerit, putà legato, aut donatione, aut hæreditate ei de latâ, l. *profectitia* 5. §. si pater pro filia 11. ff. *de jur. dot.* ibi: Ceterum si cùm debet filiæ, voluntate ejus dedit, adventitius est. Et l. *Cum oportet, in princip.* Cod. *de bon. quæ liber.* §. *Igitur 1. circa finem, Inst. per quas personas nobis acquir.*

**158** Hujus autem adventitij peculij eadem conditio olim fuit, quæ est profectij, de quo mox dicemus. Denique exceptis castrensisibus, vel quasi castrensisibus, generale jus fuit, ut quidquid acquireret filius qui in potestate erat, acquireret patri, eo quod non magis quidquam suum habere posset, quam servus, l. *acquiritur* 10. §. 1. in generalitate illorum verborum: *Ipse enim, qui in potestate alicujus est, nihil suum habere potest.* l. *placet* 79. ff. *de acquir. hæredit.* l. 1. in vers. quippe ff. si à parent. quis manumis sit. Postea excepta est constitutione Marci Antonini Philosophi hæreditas matris intestatæ, quam placuit ad liberos, tametsi in aliena potestate essent, pertinere, l. *qui in aliena* 6. §. sed si legitima, ff. *de acquir. hæredit.* l. *sacratissimi, penult. ff. ad Tertyllian.* Postea etiam recentiorum Imperatorum constitutionibus jus idem confirmatum fuit, sed detracto usufructu qui patri datus est in his ipsissimis bonis. Ad extremum bona etiam adventitia filiofamilias acquisita in eadem causa haberi cœperunt constitutione Justiniani, de quibus ille ita constituit, in l. *cum oportet, Cod. de bon. quæ liber.* ut adventitorum proprietas acquiratur filio, ususfructus patri, & utrumque proprio quidem jure. Nam proprietas sic tribuitur filiofamilias, ne liceat ei quandiu in potestate est res sui peculij alienare non consentiente patre, l. *ut.* §. *filius autem, Cod. de bon. quæ liber.* Patre etiam permittente, etiam donatio de adventitijs vallet ut potest, ut Petr. Fab. notat & Osuald. *ad Donel. dict. lib. 9. cap. 5. lit. N.* Quid autem si de ipsis bonis filiofamilias in patrem contulerit donationem, an nempe valde id fiat? Dubium est, pro

cujus resolutione videbis Cuiac. *consult.* 162  
44. Fab. *decad. 42. error. pragmat. 4. & seqq.* quos enumerat Osuald. in d. *lit. N.* ususfructus autem patri ita constituitur, ut sit liber, id est, ut liceat patri res hujus peculij administrare, atque his utili ut velit, ne cogatur aut ipse finito usufructu suo, aut hæres administrantis ejus rationem redere, solum adempta patri rerum ipsarum, quarum ususfructus est, alienatione. **163**

Aliqui tamen sunt casus, in quibus invito patre absque sibi reservato usufructu in plenum proprietas filiofamilias acquiritur, quos ad novem redigo. Primus in rebus donatis à Principe, l. *cum multa* 7. Cod. *de bon. quæ liber.* cui pro amplitionibus adde Carval. in cap. Raynald. *de testam. 4. part. cap. 1. à n.* 146. cum sequentibus, meminit Ordinatio nostra Regia lib. 4. tit. 98. §. 5. rectè tamen notavit Osuald. ubi *suprà*, lit. P. ea rectius quasi castrensisibus, quam adventitijs accensenda, per verba dictæ legis *Cum multa*, ibi: *Ad similitudinem castrensis peculij.* Pro ea autem quæstione, an de his bonis filiofamilias testari possit: videbis Ægid in l. 1. *Cod. de sacros. part. 1. §. 7. num. 14.* quem refert & sequitur Pinel. *select. lib. 1. cap. 5 per totum,* Carval. in dict. cap. Raynald. dict. 4 part. cap. 1. à n. 146. qui negativam partem tueruntur: melius tamen affirmativam defendit Cald. in l. *si curatorem, verbo Læsis, num. 108. Cod. de in integr. restitut.* probarique expressè videtur ex dict. l. *Cum multa*, si attentè legatur. Secundus in rebus à quolibet donatis ea lege, ne ad patrem perveniat ususfructus, *Auth. Excipitur, Cod. eod. tit. de bon. quæ liber.* Ordinat. in dict. tit. 98. §. 1. Ita tamen, ut bona relicta non sint ejus naturæ, in quibus filius ex necessitate deberet succedere, cujusmodi est legitima matris, namque de his bonis non poterit patri adimitus ususfructus per præfatam conditionem, ut rectè probant Gomez in l. 48. *Tauri, n. 11. Pater Rabel. de obligat. instit. part. 1. lib. 1. quæst. 7. sect. 2. num. 15. in fine,* notavitque Barbos. *ad dict. §. 1. num. 2.* & hac lege hodie filiofamilias institui potest, ne scilicet ususfructus bonorum reli-

relictorum ad patrem pertineat : quæ conditio cùm olim non valeret, propterea quod non poterat contra jus publicum hæc lex testamento addi, testatores id decernentes alterâ illâ utebantur , ut filium sub emancipationis conditione instituerent, ut constat ex l. ult. ff. de pen. bæredit. l. denque 3. §. & si bæres, ff. de minoribus , l. filius familias , penult. ff. unde liberi , l. Divi Severus 6. ff. de jur. codicil. l. duos 70. l. avia 78. ff. de condit. & demonstrat. l. mater 27. §. 1. ff. si quis omis. caus. testam. l. quidam 46 ff. de bæredit. instituend. l. mulier 22. in princip. ff. ad Treb. l. ita esset 15. ff. quando dies leg. ced. l. ult. Cod. de donat. quæ sub modo , l. filijs 25 Cod. de mofficiis. testam. l. mater 3. Cod. de institut. & substitut. notat Cuiac. quem omnium videbis tract. 2. ad African. in dict. l. quidam 46 ff. de bæredit. instit. Et ad genus hujus secundi casus reterri debent servi filiofamilias ita donati , ut statim ad libertatem perducantur , de quibus constitutum est in l. ult. §. ult. vers. In servis autem , Cod. de bon. quæ liber. ne horum ususfructus ullus acquiratur patri , quia hac lege donari intelliguntur ; nam manumissorum nullus potest esse ususfructus. Quare qui eos jubet statim manumitti , jubet effici ne unquam ususfructus eorum ad aliquem veniat. Tertius casus est in hæreditate fratris, sororisve, ad quam filiusfamilias unâ cum patre admittitur, auth. Itum hæreditas, Cod. de bon. quæ liber. proucus casus intelligentia breviter prænotandum est, quod si filius moriatur reliquo patre , vel matre, & alio fratre, vel fratribus utrinque conjunctis, talis frater, vel fratres succedeant unâ cum ipso patre , vel matre pro virili portione, 168 Auth. defuncto , vers. 1. Cod. ad Tertyl. auth. de bæreditib. ab intest. venient. §. Si igitur , collat. 9. Si verò talis filius erat emancipatus, pater non succedebat ei, nisi eum emanciparet contracta fiducia reservando sibi jus successionis, licet bene succederet de jure prætorio , l. 2. §. objicetur 15. ad Tertyl. l. si ad patrem 10. ff. de suis , & legitim. bæreditib. Postea verò de jure Codicis decisum est , quod semper videatur pater emancipare si-

lium contracta fiduciâ ; & tacite à lege subintelligitur illud pactum in esse , licet expressè non apponatur, l. si ab eo 11. Cod. de ver. & legitim. bæreditib. l. ulti. Cod. de emancipat. liberor. ibi: *Et legitima jura omnino habere , et si non specialiter hoc sibi reservaverit. §. final. Inst. de legitim. agnator. succes. cui ibidem addes Pichard.* 170 Hodie verò de jure novissimo Authenticorum , indistinctè succedit pater filio eminicipato, sicut filio in potestate; quia sublata est differentia patriæ potestatis, & emancipationis , *Anth. de bæred ab intest. venientibus, §. Nihilominus , collat. 9. dict. auth. defuncto , Cod. ad Tertyl. ibi: Exclusa prorsus omni differentia sexus, & patriæ potestatis. Concurrebat tamen cum patre ex utroque latere conjunctus frater , ut probant jura suprà citata , & ita in usufructu portionis fratris jus esset patri, ait. Anth. item hæreditas, Cod. 171 de bon. quæ liber. Cæterum tam lege Castel. quam nostri Lusitaniæ Regni lib. 4. tit. 91. in princip. cautum est ascendentis omnino fratribus esse præferendos , folisque ad eorum hæreditatem admittendos: quod cùm ita sit , non est dabis in nostro Regno tertius hic casus , & ob hanc rationem dinumerans lex Regia casus in quibus patri ususfructus bonorum filij non acquiritur , in dict. tit. 98. hujus tertij casus non meminit. Quartus 172 casus est in his, quæ ex lege deferuntur liberis ob delictum patris, quippe qui divortium fecit sine causa , *Anth. idem est, Cod. eod. tit. de bon. quæ liber. Hæ autem res sunt lucra nuptialia, quæ facturus erat maritus , aut uxor si non divertissent , l. consensu 8. §. ult. Cod. de repud. Et cùm etiam casus iste non sit jam hodie practicabilis , non numeratur etiam à nostra Regia ordinatione in dict. tit. 98. Quintus est in hæreditate filiofamilias delata , in cuius aditione pater consentire noluit ; patre namque hoc casu recusante, fit potestas filio hæreditatem per se adeundi hac lege , ut solidum filio acquiratur , nihil patri , nec ususfructus quidem, l. final. §. sin autem 1. Cod. de bon. quæ liber. Meminit etiam nostra Ordinatio in dict. tit 98. §. 3. Sextus casus est in dote adventitia ; nam si 174 dos**

dos ab ipso patre profecta sit, in totum non acquiritur patri, sed proprium patrimonium est filiae: quanto minus ergo acquiretur filio, quae aliunde obvenit? Tradit Donel. lib. 9. cap. 5. vers. Neutiquam, Mantica de tacit. lib. 12. tit. 9. num.

15 ideo vero lex nostra Regia hujus meminit casus in dict. tit. 98 quia filia propter matrimonium à patria eximitur potestate. Ordin. lib. 1. tit. 87. §. 6. Et hinc

est, quod non sit apud nos practicabile, an ususfructus hujusmodi dotis patri acquiretur. Septimus casus est, si pater permiserit filiofamilias ut usumfructum retineat, dict. l. cum oportet, §. sin autem,

Cod. de bon. quæ liber. Ordin. in dict. tit.

98. §. 2. Utrum vero post patris obitum filius hunc usumfructum remissum alijs fratribus conferre teneatur? Quæstio est,

176 de qua videbis Gomez in l. 29. Tauri, n.

28. à vers. Decimoquinto, & in l. 49. Tauri, num. 9. vers. Secundo infero. Valasc.

de partit. cap. 13. à num. 137. cum sequentib. Surd. de alim. tit. 9. quæst. 20. num.

23. & quæst. 259. num. 16. Mangil. de imputat. quæst. 45. à num. 2. Carval. in

cap. Raynald. 4. part. cap. 1. num. 156. Molin. de justit. tract. 2. disput. 8. sub n.

2. vers. Secundus casus, Mendoza Castro

177 in dict. l. cum oportet, num. 35. Nunc dicendum est de octavo casu, quando nempe solummodo ususfructus ab aliquo relinquatur filiofamilias, an acquiratur patri ipsius et ususfructus, vel non? Pro

cujus decisione in l. ult. Cod. de usufructu, interpretatus est Imperator Justinian. dictam legem, Cùm oportet, & to-

tum jus antiquum: videbatur n. mque ex una parte dicendum usumfructum patri acquirendum, cùm bonorum ad-

ventitorum ususfructus patri acquiran-

178 tur, ex dict. l. Cùm oportet. Ex altera ve-

rò videbatur dicendum, non acquiren-

dum patri prædictum usumfructum, cùm illarum rerum patri acquiratur ususfructus, quarum proprietas apud

filios remanet. Cùm igitur in specie, de

qua agimus, non remaneat proprietas aliqua penes filium, rectè videbatur in-

ferri patri non acquiri. Ceterum Justi-

nianus has rationes ad conciliationem

179 reduxit, & disposuit in dict. l. ult. Cod. de

usufruct. præfatum usumfructum sic ac-

cipi debere, quasi utrius datus sit, tam

patri, quam filio; sed patri primùm, cu-

jus etiam in persona voluit usumfruc-

tum manere quandiu vixerit, etiamsi ca-

pitis diminutionem maximam vel me-

diam passus fuerit; nec quidquam illi

obesse, quod fortè multò ante ejus mor-

tem filium decississet. Et in hoc confor-

mis est regulis juris dictantibus per fi-

liumfamilias patri acquiri. Quod si pa-

ter moriatur, vel maximam, vel medium

passus fuerit diminutionem, tunc voluit

usufructum apud filium remanere,

quamvis filius patris hæres non existat;

cum tamen contrarium dicendum vide-

retur ex regula textus in § finit. Inst.

de usufruct. quia nempe in prædicta spe-

cie duplex quodammodo singitur casus:

unus patris, cui tandiu datur ususfruc-

tus, quandiu in persona ejus poterit

consistere: alter filij, qui tunc sui juris

esse incipit, cum prior ususfructus ad

patrem pertinere desierit. Et humanita-

atis ratio id sanè expostulavit, quia cum

plerumque verisimile sit testatorem

contemplatione magis filij, quam patris

reliquisse, par & æquum fuit, ut intactum

parentum jus servaretur per ususfructus acquisitionem, & insimul defuncti voluntas, & contemplatio adimple-

retur, eo scilicet modo, ut è medio su-

blato patre, filius eo usufructu potire-

tur: de qua re videndi sunt Donel. lib.

10. cap. 17. vers. Ea dubitatio. Pichard.

in dict. §. Finitur, num. 4. & 5. Morla in

Empor. 1 p. tit. 6. quæst. 1. à num. 6. Cuiac.

in recit. ad tit. ff. de usufruct. legat. & in l.

si quis usufructum 29. Cost. cap. 17. n.

4. Castil. de usufruct. cap. 63. per totum.

Nostra tamen Ordinatio Regia absolutè

statuit in dict. tit. 98. §. 4. quod si usufructus fuerit relictus, vel donatus filio-

familias, patri non acquiratur; eà ratio-

ne, quia usufructus non potest dari

usufructus; quemadmodum non potest

dari servitus servitutis, l. 1. ff. de usu-

fruct. legat. l. 1. ff. de servit. Nonus ca-

182 fus expressus est etiam in dicta nostra le-

ge Regia, in §. 6. nempe quando pater-

familias post obitum uxoris solenne in-

ventarium non confecit intra duos

menses

mensos numerandos à tempore mortis uxoris : privatur namque usufructu legitimarum filiorum minorum, quo alias potiri debeat, necnon ipsorum filiorum hæreditate , si superstite eo decedant, juxta alteram ordinationem , ad quam dicit. §. 6. se refert lib. 1. tit. 87. §. 8.  
 183 Utrum verò in hac specie omnino necessaria sit judicis sententia declaratoria , ad hoc ut non possit lis circa privationem ususfructus moveri post patris mortem , an verò necessaria haud sit, ut possit tunc incipi moveri præfata quæstio , dubium est , in quo non satis sibi constant nostri Regnicolæ : alij namque sententiam declaratoriam non exigunt, prout sunt Pereyra decis. 55. à num. 10. Phœb. 1. part. decis. 88. à num. 11. alij verò illam omnino necessariam fore existimant : & ita tradunt Vasp. alleg. 29. num. 71. Reynof. observ. 40. per totam, quibus magis adhæreo propter fundamenta quibus Reynof. movetur, quæ sine dubio , ut ex illis videre est, conformia juris regulis sunt.

184 Sed de hoc peculio adventitio jam hodie procedere non potest definitio textus in dict. l. possessio , §. 1. quippe ut supra vidimus , proprietas illius filijfamilias est: utrum verò in his casibus, in quibus non solum proprietas, sed etiam ususfructus illius est, possit filiusfamilias de eo testari ? Resolves negativè ex rationibus, de quibus optimè Ægid. in l. 1. Cod. de sacr. Eccles. 1. part. §. 7. à n. 5. cum seqq. Valasc. consult. 108. num. 36. Rolandin. de testam. rub. 2. num. 5. Fachin. lib. 5. controvers. 94. Donel. eleganter lib. 6. cap. 5. vers. Primus eorum , ubi optimè Osuald. lit. l. ubi fundamentis in oppositum adamassim responder Duaren. ad tit. de testam. part. 2. sol. 317. col. 1. Connan lib. 9. comment. 2. Cuiac. in l. qui in potestate 6. ff qui testam. facer. & Novel. 107. & in Paratitl. Cod. de bon. quæ liber. Vigl. in principio Inst. quibus non est permis num. 16. ubi etiam Picharc. n. 13. 97. & 98.

186 Tandem quartum peculij genus dicitur profectitum , & definitum extat à Tuberore in l. depositum 5. § peculium 4. ff. de pecul. quod servus domini permis

separatum à rationibus dominicis habet, ducto inde si quid domino debetur. Quæ definitio exemplaris est , prout Dialectici vocant , exempti enim causâ loquitur ibi Consultus de servo ; quia idem hoc jure de filiofamilias juris est, cùm actiones de peculio pariter ad utrumque pertineant, §. Actiones autem 10. Inst. de act. Atque rectè Duaren. ad tit. ff. de pecul. & Donel. ad rub. Cod. quod cum eo , à num. 37. ita prædictam definitionem supplent , ut quid definiendum fuerit, doceant , nempe quod filiusfamilias, vel servus , &c. prout definitum reperitur apud Isidor. lib. 5. etymolog. cap. 25. Quidquid ergo de bonis patris in filium profectum est, dicitur peculium profectitum , argum. l. profectuæ 5. §. 1. ff. de jur. dot. l. in fideicommiss. 3. §. Cum Pollidius , ff. de usur. §. igitur , Inst. per quas person. vers. quod nobis , ibi : Ut si quid ex re patris , &c. Utrum verò illud quod contemplatione domini, vel patris servo, vel filio datum , vel relictum fuerit , profectitio peculio adnumerandum sit? Disputavit Mendoza à Castro in dict. l. Cum oportet , à num. 6. cum sequentib. ubi resolvit non profectitum , adventitium autem dici : contrarium tamen communius tenuerunt post DD. permultos Cald. in l. si curatorem, verbo Læsis , à num. 116. Cod. de in integr. restitut. Surd decis 118. à num. 4. & decis. 169. num. 3. & decis. 322. ex num. 47. & decis. 324. num. 9. & conf. 305 num. 63. & conf. 427. num. 17. & conf. 488. n. 9. & de alim. tit. 9. quæst. 20. à num. 1. Mantic. de conjectur. ultimar. vol. lib. 8. tit. 16. à num. 1. Peregrin. de fideicommiss. art. 16. à n. 109. Molin. de rit. nuptiar. lib. 3. quæst. 58. à num. 8. Mangil de imput. quæst. 24. num. 3. Gratian cap. 405. à num. 4. Mierrez de maioratib. 1. p. quæst. 1. à n. 423. Gabriel. comment. de jur. dot. concl. 5. n. 20. Menoch. lib. 3. præsumpt. 28. à num. 1. & conf. 286. à num. 8. lib. 3. & conf. 309. à num. 8. lib. 4. Barbos. in l. quædotis 34. num. 24. ff. solut. matrim. Valasc. de partit. cap. 13. à num. 4. Molin. de just tract. 2. disput. 223. num. 4. Pichard. in §. quædam actiones 20. art. 3. & à num. 31. Inst. de act. Carval. in cap. Raynald. de testam.

4. part. cap. 1. à num. 62. Castil. lib. 4. cap. 5. à n. 26 quos consules eos sequens cum occasio se obtulerit, propter meliora de jure fundamenta; & maximè apud nos ob leges Regias adductas ab ipso Valasc. ubi suprà, dict. num. 4.

189 Quid autem dicendum sit, si pater deridet pecunias filio, ex eisque lucrum quæsierit? Utrum hoc lucrum dicatur profectitum, vel adventitium? Videbis eundem Mendez ubi suprà, à numer. 19. Cald. in dict. verbo Læsis, num. 118. Surd. de aliment. tit. 9 quæst. 20. à num. 8. cum seq. optimè Valasc. d. cap. 13. num. 186. & 187. ubi quid de jure regio: Carval. in dict. cap. 1. à num. 279. Gratian. 3. tom. cap. 401. num. 22. Molin. de justit. tract 2. disput. 234. per totam.

190 Respectu igitur horum bonorum profectitorum docet Papinian. in prædicta definitione, eos qui in aliena potestate sunt, rem peculiarem tenere posse, habere, possideréve non posse; quia possessio non tantum corporis, sed juris est; quasi diceret: Quia licet possessio tota facti sit in suo esse, & essentia, juris tamen causat effectus, qui quidem nec momento resident penes ipsos servos, vel filiosfamilias, sed potius confessim acquiruntur ei, cuius subsunt potestati, seu ut loquitur Ulpian. in l. placet 179.

191 ff. de acquir. hæredit. neque momento aliquo subsistunt in persona ejus, per quem acquiruntur: acquiruntur namque ei, cui acquiritur, & id tamen jure veteri dict. l. placet, §. 1. Inst. per quas person. quam jure novo, cum id mutatum haud sit constitutione dict. l. cum oportet, in princip.

192 Hinc donatio filiosfamilias à patre facta nulla est, l. 1. §. 1. ff. pro donato, l. donationes quas parentes 5. Cod. de donat. int. quia nempe necessariò patri readquiritur, cum nec momento res apud ipsum filiosfamilias possit subsistere, cum acquisitionis incapax sit, quidquid contendat Fab. lib. 7 conjectur. cap. 11. ubi tenet filiosfamilias jure veteri acquisitionis non esse incapacem, ac proinde ei acquiri quidquid pater per eum sibi acquiri noluisset. Unde ex eo tenet, donationem à patrefamilias factam filio nul-

lam esse, quia nulla obligatio inter eos consistat, l. Imperator 50. ff. ad Treb. l. neque cum filio 10. ff. ad Tertyl. sed meritò 193 Osuald. ad Don. l. lib. 9. cap. 5. lit. L. hanc rationem resellit eo ductus, quippe quando sit donatio, flatim jur età traditione, vera quicem donatio est, & producit obligationem, l. Aristo 18. in principio, §. ult. ff. de donat. Ergo saltem hujus donationis esset capax filiusfamilias: quod tamen admittere est absurdum, ut fatus constat ex l. donationes 31. §. pater, ff. de donat. l. 2. §. ult. ff. pro hærede, l. t. §. 1. l. si pater 4 ff. pro donato, l. 2. Cod. de moffic. donat l. donationes 21. Cod. de donat. 194 inter, l. cùm de bonis 11. l. siue emancipato 17. in fine, Cod. de donat. l. si donationis 13. Cod. de collat. Pro ea autem quæstione de capacitate, vel incapacitate filiisfamilias videndus est idem Faber errore 6. Pragmaticor. decad. 26. error. 7. n. 18. & decad. 33. error. 7. n. 8. & n. Jurisprud. tit. 8. princip. 6. illat. 9. & princip. 7. illat. 3. & 1. tom. rat. in l. 4. §. si quid m. n. r. in l. Amilius 38. §. quod dicitur, ff. de minoribus: & 3. tom. in l. sed et si 7. ff. de constit. pecun. & 5. tom. in l. 2. ff. de contrah. empt. Schifor deger. forens. disput. lib. 3. tract. 5 q. 9. Pi chard. ad tit. ff. de acquir. hæred. cap. 15. per totum. Chumacer. selectar. jur. disp. 2. eleganter Melchior de Valenc. tom. 3. il lustr. tract. 20. de acquir. hæredit. part. 1. à n. 8. cum sequentibus.

Dotis tamen capax erat filiafamilias 195 etiam Digestorum tempore, ac proinde validam esse dotis in filiamfamilias donationem à patre collatam, constat ex l. Pomponius Philadelphus 35. ff. famil. er cisc. l. avus 79. ff. de jur. dot. l. Gaius 45. ff. solut. matrim. l. uxorem 41. §. testament. ff. de leg. 3 l. dotem 6. ff. de collat. bonor. Sicut enim etiam antiquitus filiusfamilias castrense peculium habere poterat, quasi proprium patrimonium, & in eo pro patrefamilias habebatur, l. 3. §. sin autem 10. ff. de minoribus, cum alijs jam suprà citatis; ita similiter favore matrimonij & publicæ utilitatis causâ, cum intersit Reipublicæ mulieres esse dotatas, l. 1. ff. de jur. dot. l. 1. ff. solut. matrim. l. interest 18. ff. de bon. authorit. judic. possid. cautum erat, ut dos castrensis quodammodo peculij

## Pars II. Caput XCVIII. §. IV.

275

culij jure censeretur, & filiæfamilias etiam vivente patre, in cuius erat potestate, & à quo dos profecta erat, quodammodo patrimonium eis intelligeretur, l. in eum 16. ibi: *Equissum enim vijum est veteribus, mulieres quasi de patrimonio suis, ita de dotibus funerariis, ff. de relig. & sumptibus funeris.* l. 3. §. ergo etiam 5. ibi: *Quoniam dos ipsius filiæ proprium patrimonium est, ff. de minoribus:* l. pater filiæ 76. ff. de evict. l. pater filiam 14. in finalibus verbis principij, ff. ad leg. Falcid. l. Titia 4. ff. de collat. honor. l. 1. §. ult. in finalibus verbis, ff. de dot. collat. l. satis 4. 196 C. in quib. caus. pign. Et hinc erat, ut in dote exigenda communis actio patri & filiæ competenteret, quasi in causa dotis particeps, & socia obligationis patris filia esset, l. 2. §. quod si in patris 1. l. non solùm 3. l. si cum dotem 22. §. eo autem tem-

197 pore 5. l. Titia 34. §. si gener 6. ff. eod. cùm tamen hodie lege nostra regia per matrimonium filia exeat à patria potestate. Ord. lib. 1. tit. 87. §. 6. non erit communis actio patri, filiæque; sed solummodo filiæ competit, ex ratione legis unicæ, §. *Viaeamus*, C. de rei uxor. act. not. t Barb. in l. 2. §. *Quod si in patris, n. 12. ff. solut. matrim.* Latiūs tamen pro hujus materiæ exaltatione, quod nempe filiæfamilias capax erat donationis ob dotem in eam collatæ, videbis Anton. Fab. lib. 7. conjectur. cap. 12. & decad. 40. error. 9. & in rat. ad dict. l. Pompon. Barb. in l. 2. in dict. §. quod si in patris, à n. 1. à vers. 3. & ult. cum segg. ff. solut. matr. Larrea lib. 4. selectar. cap. 8. Valenc. ubi suprà, per totum n. 25. & 26. Mant c. de tacit. tom. 2. lib. 13. tit. 42. à n. 16. & tit. 13. à num. 7. & vide etiam quæ tradiderat tom. 1 lib. 12. tit. 8. à n. 14. Fachin. lib. 13 cap. 60. Fontanel. de pact. tom. 2. claus. 5. gloss. 1. part. n. 25.

198 Quod autem diximus, donationem in filium à patre collatam nullam esse, id sanè intelligendum est de simplici donatione: quid autem sit in donatione ob benemerita, & qualia hæc esse debeant, & quomodo etiam de his debeat constare; & similiter de donatione ob causam f. cl. videbis Clat. in §. donatio. q. 8. à n. 1. Tiraquel. in l. si unquam. Cod. de revoc. donat. verbo *Donationelargius*, à n. 20. &

Pars II.

à n. 106. Mascard. vol. 1. concl. 184. & 186. & 560. Menoch. de arb. lib. 2. cent. 2. cas. 132. per totum, & cas. 134. etiam per totum: & latissimè, omninoque videntur lib. 3. præsumpt. 29. etiam per totam, Gail. lib. 2. obser. 38. Fachin. lib. 3. controver. 74. cum aliquibus sequentibus, quem omnino videbis: Osuald. ad Donel. l. 9. cap. 5. lit. F. Mangil. de imputat. q. 29. à n. 14. Castil. lib. 5. cap. 80. à n. 38. Fontanel. de pact. tom. 1. claus. 4. à n. 2. cum seq. fol. 33. & eadem claus. 4. gloss. 7. part. 1. per totam, fol. 57. Micard. 1. part. q. 22. à n. 166. Carvalh. in dict. cap. Raynald. 4. part. cap. 1. à n. 150. Valenc. conf. 3. à n. 63. Peña dec. 504. à n. 2. Surd. conf. 459. num. 13. & conf. 469. à n. 25. Roland. à Valle vol. 1. conf. 98. à n. 49.

Et quid si donationi simplici juramentum adhibetur? Videbis eundem Clar. ubi suprà, à num. 8. Menoch. dict. præsumpt. 29. n. 114. Gail. n. dict. obser. 38. à n. 7. Fachin. l. 9. cap. 5. lit. E. Mangil. de imputat. q. 45. n. 28. multis Fontanel. tom. 1. claus. 4. gloss. 7. part. 2. n. 57. cum seq. ubi quid decisum sit in multis Senatibus: & numer. sequent. rectè explicat, ubi n. 60. de clausula *Omni meliori modo*: & 1. tom. dec. 54. n. 14. Amat. dec. 51. à n. 16. cum sequentib. multis Ciarlin. tom. 2 cap. 137. n. 2. Peña dec. 499. à n. 1. & dec. 504. à n. 8. Surd. conf. 57 n. 9. & conf. 259. n. 15. & de alimento. tit. 9. q. 2. n. 20. Roland. à Valle vol. 1. conf. 77. à n. 1. cum seq.

Ad textum in l. cùm hæredes 23. ff. de acquir. possess. suprà à nobis adductum: Respondendum est Jureconsultum in priori illius parte tradidisse, in hæredes aditâ hæreditate omnia defuncti jura transire. In secunda vero parte docet, non ita esse in possessione, hanc enim non transire docet, eamque ab hærede comprehendi necessum esse: & quia hoc docet non pro limitatione prioris regulæ, sed illud proponit tanquam secundam regulam contrariam primæ, potius manifestè demonstrat possessionem quid facti esse, & ob hoc non transire ad hæredem, quemadmodum transeunt jura: ac proinde bene lectus & intellectus textis hic aperte probat nostram sententiam. Utrum vero regula hujus tex-

Mm. 2

tus

tus procedat etiam respectu aliorum suorum hæredum, ut neque in eos possessio defuncti patris transferatur? Affirmabis, quidquid dixerit Gloss. in l. in suis, in versic. Etiam possessio ff. de liber. & posthum. &c. in §. sui, Inst. de hæred. quia uia. & alij relati à Tiraquel. in tract. Le mort, in præf. declarat. 3. cum Valasc. consult. 126. num. 9. Caid. de empt. cap. 12. num. 14. Gail. eleganter lib. 2. obser. 152. sub numer. 1. à vers. Sed pars negativa, Castil. lib. 3. cap. 22. à numer. 19. cum seq. & cap. 24. à num. 2. Posth. de manut. decis. 120. num. 11. & 72. numer. 6. & 64. num. 3. Noguerol. alleg. 25. num. 187. Amat. resol. 39. à num. 1. Giurb. in consuetud. cap. 1. gloss. 6. part. 1. à num. 9. cum seq. Paschal. de virib. patr. potest. 4. part. cap. 1. à num. 48. latè Olea de cess. jur. tit. 6. q. 5. per tot. Utrum verò 202 mortuo possessore retineatur per colonois favore hæredis? Videbis Surd. conf. 117. à num. 8 & 160. à num. 28. & 491. num. 12. Posth. decis. 73. à num. 12. & decis. 81. à num. 10. & decis. 77. à num. 7. Giurb. ubi suprà, num. 17. cum multis Amat. ubi proximè, num. 7. Quid verò 203 sit in successore nomine dignitatis, videbis cum multis Amat, d. resolut. 39. n. 204 4. Paschal. dict. cap. 1. num. 51. Quid verò in quasi possessione percipiendi aliquid annum, an possessio antecessoris prospicit successori activè, vel è contrario noceat, passivè? Videbis Gomez in l. 45. Tauri, à n. 172. Menoch. de recuper. remed. 1. q. 8. à n. 87. cum seq. Peregrin. de fideicom. art. 46. n. 19. Gratian. 1. tom. cap. 131. à num. 16. Reynof. observ. 62. à num. 19. Cancer, 2. part. cap. 7. de restitut. Spoliator. num. 84. Fontanel. de pact. 1. part. claus. 4. glos. 18. part. 4. à num. 12. & 1. part. decis. 185. à num. 8. Reynof. observ. 62. per tot. optimè Olea de cess. jur. & act. tit. 6. quest. 5. per totam.

205 Minùs etiam obstat textus in dict. l. si eares, §. uterque 2. ff. de act. empt. quia licet ea verba, qui prius jus ejus apprehendit, referantur ad possessionem; non tamen ex eo probant possessionem quid juris esse in sui essentia & natura, sed ex ipsa possessione jus illud præferendi re-

sultare; & sic dum vocat jus, respicit ad effectum, quem jus facto possessionis tribuit. Pro ea verò materia, & illius exaltatione, quæ communiter repetitur in l. quoties 9. Cod. de rei vendicat. & in Ordinatione regia lib. 4. tit. 7. videbis relatos à Glossatore ibidem, ultra quos Fachin. controversial. lib. 7. cap. 32. & 33. Hermosil. in l. 51. tit. 5. part. 5. à num. 1. cum seq. latè August. Barb. in dict. l. Quoties.

Minùs obstat etiam textus in l. 2. §. final. ff. de precario, quia nullo modo ex eo probatur possessionem quid juris esse; explicatur enim dict. §. per legem, veluti sequentem, ait Ulpian. in dict. l. 2. §. final. habere precario videri, qui possessionem vel corporis, vel juris adeptus est. Expli- cat verò Gaius in dict. l. sequenti, quomo- 208 do juris possit dari precarium, dicens ita: *Veluti si me precario rogaveris, ut per fundum meum ire, vel agere ubi liceat.* Non probatur ergo modo aliquo ex dict. §. finali, possessionem quid juris esse. Sed 209 quamvis in hoc textu dicatur servitutes precario concedi posse, quod etiam dicitur in l. & habet 15. §. precario 2. ff. de precar. & in l. si quis sepulchrum 12. ff. de religios. & sumptib. funer. nihilominus ser- 210 vitus precario concessa non est propriè servitus, quia perpetua ejus causa non est, sed pendet ex arbitrio, & voluntate ejus, qui concessit, ut rectè notat Cu- 211 jac. lib. 22. observat. capit. 37. & cum eo Osuald. ad Donel. lib. 11. cap. 9. in notatis lit. B.

Non obstat etiam textus in l. non ideo 211 minùs 5. Cod. de liber. caus. quia illa verba, possessionis jus, referuntur ad effectum; ac si diceret Imperator, quod si ancilla proclamans in libertatem affirmationem suam non impleat, jure dominum eam possessorum. Quia verò in principio textus proponitur limitatio quædam ad materiam legis benè à Zenone, Cod. de 212 quadrien. præscript. videbis cùm occasio se obtulerit, latè eam explicantes, mul- 213 tosque referentes Cald. de empt. c. 12. à n. 23. Barb. ad l. 1. Cod. de præscript. 30. ann. n. 66. & in l. 1. part. 1. n. 13. ff. solnt. matrim. Gratian. tom. 5. c. 907. Castil. lib. 2. c. 5. Cu- jac. controversial. 531. 532. & 533.

Tandem

<sup>213</sup> Tandem non obicit textus in l. nemo ambigui 10. Cod. de acquir. possess. juris enim est principium, necessarium ad possessionis acquisitionem factum intervenire debere, nec solum animum sufficere, l. possideri 38. §. I. §. in amittenda 6. l. quemadmodum 8. ff. de acquir. possess. l. fere 195. ff. de reg. jur. licet solo animo acquisita retineatur, l. si id quod 25. §. quod autem, l. clam 6. §. qui ad Nundinas, l. quamvis 46. ff. de acquir. posses.

<sup>214</sup> De qua re optimè Valenc. lib... illustr. tract. 2. cap. 2. à num. 17. usque ad 31. Secundum ergo hoc juris principium docet Constantin. in dict. l. nemo, possessionis duplē esse rationem, aliam quæ in jure consistit, aliam quæ in corpore, respiciens ad factum prorsus etiam ad eundem finem necessarium: & ideo ex his verbis, quæ sic intelligenda sunt cum Glossa ibidem, minimè probatur possessionem quid juris esse. Prosequitur: Quod si acquisita sit possessio, tandem legitimam esse ad usucaptionem, quandiu interpolata ab adversario aliquo non fuerit. Et hic est sensus illorum verborum: Ita dēnū legitimam esse, &c. Quia interpolatione & cōtroversiā progresā, non posse esse intelligo possessorem (ad effectum nempe usucaptionis;) quia licet possessionem corpore teneat, tamen ex interposita contestatione, & causā in iudicium deducit, super jure possessionis vacillat, & dubitat, ideo dubitat de titulo, & justa possidendi causa: & hoc significat illud verbum, juris possessio, &c. Non probatur ergo etiam ex illis verbis quid juris possessionem esse, ac proinde meo videri iatis defensata manet nostra resolutio, quod scilicet tota in sui essentia, & natura facti possessio sit.

## §. V.

### De fictione legis Corneliae circa explicatione §§. antea positorum.

## SUMMARIUM.

- 1 Decedens apud hostes servus decedit.
- 2 Ignominiosum erat sine hærede decedere.
- 3 Ratio ob quam introducta fuit lex Cornelia, & à quo, & quo tempore.
- 4 Quid singat lex Cornelia.
- 5 Capti non erant servi antequam in praesidia ducerentur.
- 6 Notatur Costa in Inst Papinianum reprehendens.
- 7 Instans mortis vitæ nubuitur.
- 8 Differentia inter fictionem postliminiij & legis Corneliae.
- 9 Interpretatur textus in l. captum 9. Cod. de postlimin revers.
- 10 Interpretatur textus in l. lex Cornelia 12. ff. qui testam. faceret: & n. 11. & 12.
- 11 Quis sit jure necessarius, vel suus hæres.
- 12 Interpretatur textus in l. si necem 4. §. 1. ff. de bon. libertor.
- 13 Interpretatur textus in l. lex Cornelia 12. ff. qui testam. faceret: & n. 11. & 12.
- 14 Praetor requirit factionem testamentis utroque tempore.
- 15 Interpretatur textus in l. bona 22. §. ult. ff. de captiv.
- 16 An lex Cornelia solū confirmet testamentum, quod per captivitatem irritum fit, ad l. bona 22. §. ult. ff. de capt. & num. 18. & 20.
- 17 Intelligitur lex: Si quis uxorem, ff. de injust. rupt.
- 18 Rumpitur testamentum, si prius valere dicatur.
- 19 Lex Postliminium 12. ff. de injust. rupt. & num. 24.
- 20 Quæ secundarij sunt, non attenduntur.
- 21 Differentia inter posthumum Cornelianum, & Velleianum.
- 22 Lex penultima, ff. de suis, & legitim. hæredib.
- 23 Hæres filij non potest petere bonorum possessionem, dum pater captivus vivit.
- 24 Casus in quo hæreditas non adit atrahitur.
- 25 Lex bona 12. §. Quod filius, ff. de captiv.
- 26 Inter

- 29 Interpretatur textus in l. impuberem  
22. §. i. ff. ad leg. Cornel. de fals.  
30 De prohibitione Libiniani.  
31 Remissivè ad materiam.

**S**uperioribus §§. multa dicta reliquimus, nec insubtilia, nec vulgaria de postliminiij fictione : sed nondum per eam satis bello captis provisum erat, cùm saepius apud hostes mori contingeret absque eo , quod in civitatem reverti potuissent , quo casu servos decedere eos , & sine hærede necessarium erat, l. si quis filio 6. §. iritum 5. ff. de injust. rupt. l. itinere 3. §. final. ff. de verbor. significat. quod ignominiosum valde habitum fuit , l. & quia 6. ff. de interrogat. in jure faciend. l. primo gradu 23. ff. quæ in fraud. creditor. §. i. Inst. qui & ex quibus caus. manumit. non poss. peculiarem legem servi æquum fuit , quæ illos pro salute populi libertatem , & vitam amittentes ab hujusmodi dedecore vindicaret, eorumque ultima elogia quasi Civium Romanorum tueretur , & confirmaret. Lata igitur est lex Cornelia à Lucio Cornelio Sylla Dictatore perpetuo anno ab Urbe condita 673. & ante Christum natum 77. post primum illud perniciosum bellum , quo plures quam quindecim milia Romanorum sub jugo Pœnorum venerant , ut observat Hothoman. in indice leg. Romanar. Patreius ad veteres populi Romani leges , Anton. Augustin. lib. sing. de legib. verbo Lex Cornelia, Rossin. lib. 8. antiquit. Roman. cap. 18. Mysinger. in §. si ab hostibus , num. 14. Inst. quib. mod. jus patr. potest. solvit. Viglius in §. final. Inst. quib. non est permis. facer. testam. 4 pungitque Valenc. illustr. tom. 1. tract. 3. cap. 8. num. 1. quæ tempora mortis captivitati jungens , perinde rem haberi jubet , ac si qui vere apud hostes decesserunt , in Civitate, & apud suos in fata concessissent , ut sic non minus quam Romani Cives , & hæreditatem & hæredem habere possent , l. justo errore 44. §. final. circa finem , ff. de usucap. l. an omnibus 18. ff. de captiv. l. i. §. i. ff. ad leg. falcid. Fingit namque illo instanti illos mortuos esse , quo capti sunt , dicit l. in omnibus : textus elegans in l. cùm hic sta-

tus 32. §. si ambo 14. in vers. Secundum hæc , ff. de donat. inter, l. i. Cod. de postlimin. revers. ut hinc inferri licet , eorum judicia quasi liberorum hominum confirmari , quia non statim ut capiuntur , hostium servi sunt , sed cùm ad præsidia illorum perducuntur , l. postliminij 5. §. i. vers. Antequam , ff. de captiv. quo aperto textu satis demonstratur , lapsum fuisse Costam in cap. Si pa- 6 ter , 2. part. verbo Testatore mortuo, num. 15. cùm nimis audax agit in reprehendo Papiniano, qui in l. pater 10. ff. de captiv. docuit defunctum apud hostes, ex quo captus est , decessisse intelligi : cui consonat Paul. in l. si filius familias 39 ff. de testam. milit. quasi ex hoc necessario evinci debuisset illum servum decessisse, sicque frustra legem Corneliam de ejus elogio curasse , atque ideo præambulâ horâ ante captivitatem ortâ functum fuisse fingi debere : nam præterquam quod manifestè convincitur ex nuper dictis , de qua re jam suprà egimus , etiamsi cùm caperetur , servus efficeretur, 7 tamen ex communis juris regulis instans illud libertati potius , quam servituti adscribi deberet , exemplo ejus quod dici solet , instans mortis vitæ tribui , non morti , l. qui duos 18. §. i. ff. de manumis. testam. l. ult. ff. de condit. institut.

Ex quibus patet differentia inter hujus legis & postliminiij fictionem , quod illa ab hostibus reversis prospexit, ut superioribus relationibus est visum ; hæc apud hostes defunctis succurrit , ut modo notandum est. Sed fortiter obstat Imperatorum rescriptum in l. captum 9. Cod. de postlimin. revers. ubi filium reversum, mortuo interim patre, suum hæredem propter legem Corneliam fore stampuant , ibi : Lex Cornelia reversum , &c. Reictâ solutione Hothomani in §. Interdum, Inst. de hæredit. quæ ab intest. defer. enunciat. I. existimatis Imperatores oblitos fortè legis Cornelie , ibique postliminio abusos fuisse; & alia Antonij Fabri lib. 9. conjecturar. cap. 6. & lib. 10. cap. 3. & in Papinian. tit. 11. princip. 7. illat. 19. dicentis verbum illud , Cornelia , irreptum esse; assentior Cuiacio , qui in notis ad Paul. lib. 3. sententiis. tit. 4. vers. qui ab hostibus,

hostibus, & ad dict. l. captum, post Accurs. ibidem, verbo *Lex Cornelia*, vers. Vel dic, putat patrem simul cum filio ab hostibus captum, ibique defunctum fuisse, ut in simili specie docemur in l. final. Cod. ex quib. caus. maior. sive recte rescripsisse Imperatores, virtute legis Corneliae filium suum extitisse hæredem, dum fingit patrem instanti suæ captivitatis decessisse.

10 Ex suprà dictis autem infertur interpretatio ad textum in l. lege *Cornelia* 12. ff. qui testam. facere, ubi dicitur testamenta eorum, qui in hostium potestate decesserint, perinde confirmari, ac si hi, qui ea fecissent, in hostium potestatem non pervenissent. Et recte quidem, quia cùm captus singatur mortuus, in captivitatis ipso met instanti verè singitur mortuus, & consequenter illius testamentum confirmatur ac si Civis Romani esse, & non hostium captivus: & illa verba, quæ sequuntur *Et hæreditas ex his eodem modo ad unumquemque pertinet*; non ut Accurs. existimat, ad agnatum, vel cognatum referenda sunt, cùm de testamentarijs tantummodo loquatur Julian. non de legitimis hæreditatibus; sed spectant ad genera hæredum, qui in testamento scribuntur, quæ tria sunt, necessarij, sui, & voluntarij; & ideo mox subjicit: *Quare servus*. Quibus verbis significatur fictionem legis Corneliae non tantum voluntarium, sed & necessarium, & suum hæredem facere. Fingit lex, eum qui apud hostes decessit, eo tempore, quo captus est, decessisse: singit igitur Civem, & familiam habentem decessisse; & hoc modo hæredem captivo constituit necessarium, vel suum, non inspecta morte naturali, prout recte intelligit Cuiac. in recitat. ad tit. ff. qui testam. facer. in d. l. *Cornelia*, & ibidem lib. 42. *Digestorum Juliani*. Ideò verò necessarios, vel suos impropriè hæredes vocat, quia propriè necessarius, vel suis ille est hæres, 12 qui verè in morientis potestate est, §. 1. *Inst. de hæred. qualit.* l. ult. ff. de collat. bonor. l. scripto 7. ff. unde liber. Captivus autem apud hostes defunctus, cùm aliena subsit potestati, alium in sua habere non potest, l. sic eveniet 21. ff. ad leg. Jul.

de adulter. l. cùm hæredes 23. ff. de acquir. possess. Ita Fab. dict. tit. 11. princip. 9. illat. 2. seu melius Cuiac. ubi proximè. Uno verbo propriè fit, quod naturaliter fit, non fictione.

Simili etiam interpretatione donatus est textus in l. si necem 4. §. 1. ff. de bon. libertor. ubi Paul. docet adversus testamentum liberti qui testatus in civitate apud hostes decessit, bonorum possessionem contra tabulas dandam esse, paterno præterito, propter legem Corneliam, quæ testamentum confirmavit, quamvis libertus propriè dici nequeat qui servus decessit. Et meritò, cùm libertina conditio manumissum à servili statu liberatum significet, princip. *Inst. de libertin*. Libertus verò iste verè quidem à servili statu liberatus haud dici potest, cùm reverà servus decedat. Ideo verò in ea specie per legem Corneliam confirmari oportuit testamentum, quia Prætor ita demum bonorum possessionem præstat, si utroque tempore, & testamenti, & mortis, testimenti factio ei adfuerit, l. 1. §. exigit, ff. de bon. posses. secund. tab. quorum alterum defuisse præcisum est apud hostes decedenti, quia cùm servus decedat, omnino testimenti factio caret: quod sanè per legem Corneliam suppletur; cùm enim captum liberum, & civem decessisse singat, adest supposita illius fictione utroque tempore, & testamenti, & mortis, testimenti factio.

Existimat autem Anton. Fab. in *Iuris* 15 prud. tit. 11. princip. 9. illat. 4. solummodo per legem Corneliam ea testamenta confirmari, quæ aliás per capivitatem irrita fierent, l. si quis filio 6. §. irritum 5. ff. de injust. rupt. non verò quæ ex alio accidenti irrita essent: cuius exemplum petendum esse docet ex l. bona 22. §. ult. 16 ff. de captiv. ubi si quis cùm prægnantem uxorem haberet, in hostium pervererit potestatem, & nato deinde filio, & mortuo decesserit, ejus testamentum nullum esse Julian. docet, assignans rationem his verbis: *Quia & eorum, qui in Civitate manserunt, hoc casu testamenta rumpuntur*: ob sui hæredis scilicet præteriti agnitionem, l. 1. l. verum 8. ff. de injust. rupt. §. postlimin. 1. *Inst. de exhædat. liberor.*

17 Cæterum hæc sententia manifestè convincitur ex difficiili textu *in l. si quis uxorem 15. ff. de injust. rupt.* ubi in eadem specie Javolen. non modò per legem Corneliam confirmari testamentum docet, verùm etiam nato posthumo, continuò per illam rumpi; quod difficilius multùm videri quidquam posset. Quare omissâ emendatione ejusdem Fabri *lib. 10. conjectur. cap. 9.* loco illorum verborum: *Per legem Corneliam, in dict. l. Si quis uxorem,* reponentis, *Post legem Corneliam,* quo confirmat potius, quām minuit dubitationem, dicendum existimo 18 legem Corneliam non modò confirmare testamenta, quæ omnino valitura essent, si captivi apud suos decederent, verùm etiam quæ supervenienti aliquo accidenti rupturæ exposita forent, ut aper- tè probatur *in dict. l. si quis uxorem 15.* ubi posthami nativitate testamentum rumpitur, quod per legem Corneliam confirmatur; neque enim aliter rumpi potuisset, *l. nam eis 5. vers. Post defec- tum, ibi: Quia nullus est, ff. de injust. rupt.* Sicque verum est dicere *in dict. l. si quis uxorem 15.* per legem Corneliam rumpi testamentum, hoc est (ut ego interpre- tor) occasione, & medio legis Corneliae antecedenter illud confirmantis. Quæ interpretatio suadetur etiam ex eo, quia si lex Cornelia cessaret, dici nequaquam posset posthumo nato, continuò rumpi testamentum, ut in eadem lege dicitur. Nam licet dum viveret testator, propter spem postliminij testamenti vires in suspenso manerent, juxta legem *illa insti- tutione 32. §. 1. de hæredib. insti. l penult. ff. de suis & legitim. hæredib.* cum alijs; tamen eo mortuo apud hostes, appareret postliminij spem inanem suisse, *dict. l. penult. l. in bello 12. §. 1. dict. l. bona 22. §. quod si filius, ff. de captiv.* Quare cùm cessante postliminio testamentum ipsa captivitate irritum factum à principo appareret, *d. l. 6. §. irrumum,* falsum for- ret dicere, posthumo nato, continuò ruptum suisse, cum nihil invenisset, quod rumpere potuisset. Ulterius con- firmatur *ex dict. l. Bona, §. ult.* ubi in prædicta specie, perinde non valere te- stamentum dicitur, atque ejus, qui in

civitate mansisset At testamentum ejus, 19 qui in civitate mansisset, ita demum ag- nitione posthami rumperetur, si prius valere diceretur, *dict. l. 5. §. post defec- tum, §. posthami, Inst. de exhæredat. li- beror.* Ergo etiam in superiori casu illud valuisse prius affirmandum est. Quod ta- men non aliunde fieri potest, quām si le- ge Cornelia confirmetur; neque aliter Consulti ratio bene ipsius decisioni ad- aptari poterit. Quod verò *in dict. §. allud,* dicitur nato posthumo testamentum nullum esse, non significat testamentum, in quo posthumus præteritur, ab initio nullum esse; nam id filijfamilias nati præteritio solùm efficit, *l. inter cætera 30. ff. de liber. & postham. princip. Inst. de exhæred. liber. juncto §. sequenti,* sed quia ut bene notat Fab. *in dict. illat. 4. & in dict. cap. 9.* testamentum ruptum, ex quo tempore ruptum est, perinde est nullum, ac si nunquam valuisse; quia perinde sine testamento decessit tunc testator, ac si nunquam testatus fuisset, *princip. Inst. de hæredit. quæ ab intest. de- fer.* Rectè igitur infert Consult. *in dict. l. 15.* ad neminem ex eo testamento per- venturam hæreditatem.

Sed contra supradicta potest opponi, videri implicare contradictionem, quod in supradicta specie ob legem Corne- liam rumpatur testamentum, cùm illius finis sit illud confirmare, ut proponitur *in dict. l. qui uxore n.* ibi: *Quia per legem Corneliam, quæ de confirmandis eorum testamento, &c.*

Respondebis tamen finem quidem, & principale intentum legis Corneliae sem- per versari circa testamenta illorum, qui apud hostes decessunt confirmanda, sed ex ipso fine in præfata specie resultare testamenti reputatam. Pendet quidem in ea validitas testamenti, dum pater vi- vit, postliminij fictione, quā si pater re- vertitur ab hostibus convalescit testa- mentum, remoto impedimento nativi- tatis filij, cùm decesserit eo vivente; & Prætor ex eo testamento, mortuo patre, scriptis hæredibus bonorum possesso- nem secundum tabulas dabit, & etiam ex rescripto Divi Adriani, de quo *in l. posthumus 12. ff. de bonor. possess. secun- diam*

<sup>502</sup> *dum tab.* sed mortuo patre ingreditur legis Corneliae fictio , & ut confirmet testamentum , mortis tempus captivitatis instanti jungit : hoc igitur respectu nato posthumo adhuc captivo patre, dicitur ob eam fictionem rumpi testamentum. Relicit namque ruptura illa validitatem testamenti, quæ à lege Corneliae portenditur , & secundariò ex vi legis resultat : quæ verò secundariò , & quæ per consequentiam resultant, nec attenduntur , nec remorantur principale intentum , argumento legis primæ , ff. de authorit. tutor. juncta ibi Glossa verbo Accommodare , l. milites 9. §. final. juncto §. ex illa 9. ff. ad leg. Cornel. de fals. cum similibus vulgaribus.

<sup>23</sup> Itaque ex d. c̄tis facies differentiam inter posthumum Cornelianum , & posthumum Velleianum ; quia posthumus Cornelianus ita rumpit testamentum, ut nunquam ex eo dari possit hæreditas, vel bonorum possessio; quia licet revera moriatur vivo patre, cum tamen pater antè mortuus singatur, omnino irritum manet testamentum, l. 1. & 3. Cod. de posthum. hæred. inst. juncto Osualdo ad Domel. lib. 6. cap. 16. lit. P. Posthumio verò Velleiano nato , & mortuo ( de quo in l. Gallus, §. nunc. de lege, ff. de liber. & posthum. ) non irritatur testamentum , sed potius ex eo bonorum possessio deferatur, dict. l. posthumus 12. ff. de injust. rupt. cui addes Donel. lib. 6. comment. cap. 13. & ibi Osuald. lit. C. & l. 6. cap. 16. vers. Restituatur, Anton. Fab. l. 10. conjectur. cap. 19 & l. 6. cap. 5. Alvarot. l. 3. paradox. cap. 8. Forcatu!. dialog. 10. Pichard. in l. si adragator 22. ff. de adopt. ante tit. Inst. eod. & in princip. Inst. de ex hæredat. liberor. n. 52. Costa in cap. si pater ad testam. verbo Impuberes, n. 12. & in dict. l. Gallus, §. & quid si tantum, 3. part. à n. 108. cum seq. & 4. part. à n. 49. ff. de liber. & posthum.

<sup>25</sup> Quæ diximus suprà facem præferunt ad intelligentiam Papiniani in l. si pater, penult. ff. de suis & legitim. hæred. ubi filiusfamilias decedens in Civitate patre capto ab hostibus, & vivente adhuc, hæredem legitimum habet ab intestato , si apud hostes deinde decedat pater; quia cum lex Cornelia patrem instanti capti-

vitatis mortuum singat , filium sui juris decesse retrò apparet, sicque hæredem habere potuisse: interim tamen dum pater vivit , bonorum possessio filij decedentis à legitimo hærede peti haud potest, l. 2. §. si quis deceperit, ff. unde legitimi, l. 1. § 1. ff. ad Tertyllian. hac namque ratione quia nondum apparet, an paterfamilias decedat propter postliminij fictionem captivi jura suspendentem , & non abrumpentem, ut docet Consult. in l. illa institutio 32. §. 1 ff. de hæred. inst. ideoque ex futuro eventu pendet scientia in præteritum, ut docent jura in l. in bello 12. §. si quis capiatur 1. l. bona 22. §. si filius 2. ff. de captiv. textus elegans in l. proponebatur 9. ff. de castrenſ. pecul. l. huic scriptiū 35. §. 1 ff. ad leg. Aquil. adierto tamen quod si dum vivit pater, moriatur qui ab intestato succedere filio debat, & deinde pater, bonorum possessio ad hæredem legitimi illitus hæredis transmittenda erit , ex æquitate tamen Prætoris , ut insinuat Consult. in dict. l. 1. §. 1. ff. ad Tertyll. cum secundūm juris <sup>26</sup> placita hæreditatem non aditam nemo posset regulariter ad hæredes transmittere, l. unica, § in novissimo, Cod. de caduc. tollend.

Hæc tamen videtur impugnare Julian. in dict. l. bona 22. §. si filius , ibi: Et vivo patre deceperit , ad hæredem patris pertinebit. Ubi quando filius vivo patre, & postea pater apud hostes decedit, filij bona non tanquam patrifamilias ad ipsius hæredem, sed potius filiifamilias peculium ad patris hæredem per ventura docet. Quam difficultatem ut componat Accurs. ibidem verbo Pertinebit, circa eorum verborum lectionem fluctuat. Nam primo ibi negotium deesse affirmat ; secundo interrogative legi posse existimat , quasi contrarium insinuare voluisset Consultus. Et licet priori opinioni adhaerent Cuiac. l. 29. quæst. Papiniani in dict. l. pater 10 ff. de captiv. mihi tamen neutra placet, sed potius cum eodem Accurs. ibidem , eum versiculum de eo patre intelligi debere sentio, qui non apud hostes decessit, sed ad civitatem reversus postliminio pristina jura recuperavit, simulque acquisita medio tempo-

re à filio suo prædefuncto, juxta legem proponebatur 9. §. ult. ff. de castrens. pecul. dict. l. in bello, §. si quis capiatur, itant in dict. §. quod si filius, hæc pertineant ad hæredem patris revertentis, non apud hostes decedentis. Quod confirmatur ex eodem textu, quia Consultus duas proponit species sibi invicem contrarias; nam cùm priùs asseruisset, mortuo patre priusquam postliminio redierit, acquisita à filio non ad patris, sed ad ipsius filij hæredem pertinere, subjungit: *Si tamen vivo patre filius decedat, ad patris hæredem pertinere.* Ubi Julian. consultò omisit illa verba, *mortuo patre priusquam postliminio redierit*, ut sic ex contraria ipsius decisione contrarias etiam species quasi in necessarium antecedens supponeremus; hoc est, quando postliminio reversus in civitatem pater deceſſit. Sicque optimè convenit ratio, quæ sequitur ibi: *Nam status hominum, quorum patres in hostium potestate sunt, in pendi- ti esset. Reverso quidem patre exist: matur, nunquam suæ potestatis fuisse: mortuo, tunc patrem familias fuisse, cùm pater ejus in hostium potestatem per ventur et. Manifes- tè igitur probatum manet, Julianum de utroque egisse, sicque diversa in uno quoque statu necesse fuisse.*

<sup>29</sup> Ex dictis etiam quæri potest ratio decidendi ad legem *Impuberem* 22. §. 2. ff. ad leg. *Corneliam de faſſ.* ubi pater filio qui apud hostes est, legatum adscripterit, si filius revertatur, in Senatusconsultum incidit; fin verò ibi decedat, Senatusconsulto locum non esse docet Paul. Pro cuius intelligentia scire oportet Senatusconsulto Liboniano cautum fuisse, ut qui cùm testamentum alterius scribere sibi legatum adscriptifſſet, vel ijs, qui in ipsius effent potestate, pœnâ falsi teneretur ex lege Cornelii, quæ continetur in l. 1. § final. ff. eodem, legatumque inutile foret, nisi testator sua subscriptione illud confirmasset, dict. l. 1. §. ad testamenti, cum seq l. 4. l. si quis legatum 6. cum suis §§. ff. eod. l. 10. in princip. & §. 1. l. si pater 11. l. filius emancipatus 14. l. *Divus Claudius* 15. etiam tum suis §§. eod. & pro optima totius 31 materiæ explicatione videbis Cuiac.

tract. 3. ad *African.* in dict. l. si quis legatum & lib. 22. quæſt. Pauli, in d. l. filius emancipatus: Molin. de just. tract. 2. disp. 125. à vers. dubium est hoc loco: Reinos. observ. 17. à num. 10. Valasc. consult. 178. Pereir. decis. 32. Unde fit in superiori specie, ut si filius revertatur, cùm postliminij jure in civitate fuſſe, & in patris potestate fingatur, legatum necessariò patri queri debuerit, l. penult. §. ult. ff. de usucap. l. in bello 12. §. 1. ff. de captiv. quod Senatusconsulto prohibetur. At verò si filius apud hostes decedat, quoniam legis Cornelii virtute tunc mortuus fingitur cùm captus est, juxta supradicta, legatum tanquam mortuo adscriptum inutile fuſſe appareat, l. Di- vi 6. §. ult. ff. de jur. codicill. l. unica, §. in primo, Cod. de caduc. tollend. unde cùm patri id per medium filij personam acquiri nequeat, meritò extra Senatusconsulti pœnam esse dicitur, argumen- to dictæ legis *si pater* 11.

## §. VI.

An pupillares tabulæ confirmen-  
tur etiam legis Cornelii  
fictione?

## SUMMARIUM.

- 1 Difficultas quæſtionis.
- 2 Casus proponitur.
- 3 Substitutio ſolum valet si filius ſit in potestate patris tempore mortis.
- 4 An confirmetur substitutio pupillaris filio instituto facta, ſi pater apud hos- tes decedat: vide num. 5. pro intel- lectu legis pater 10. ff. de captiv. & l. lex Cornelii 28. ff. de vulg,
- 8 Quid sit dicendum ſi fiat filio exhæ- redato? Opinio Fabri num. 6. Contra- rium refutatur num. 7. & refelluntur Fab. ibid. & num. 10.
- 9 Substitutio pupillaris potest fieri etiam exhæredato.
- 12 Quid ſi filius priùs moriatur in Civi- tate, quam pater apud hostes? pro in- tellectu legis quod ſi filius 11. ff. de captiv. & num. 14. & 17.

- 23 Verbum, videtur, referitur ad fictionem.
- 25 Non adita patris hæreditate corruunt secundæ tabulæ.
- 16 In suis hærediorum non est necessaria aditio.
- 18 Liberatur Cumanus à censura Costæ.
- 19 Quid si pater moriatur in Civitate, & filius postea captiatur, & apud hostes decedat.
- 20 Explicatur lex si pater 10. §. 1. ff. de captiv. cum lege lex Cornelia 28. ff. de vulgari, & num. 21.
- 22 Quod fit ex mente legis, dicitur fieri ex lege.
- 23 Lex Cornelia confirmat impuberis hæreditatem, & quare num 24. & 27.
- 25 Expenditur versiculus planè, dict. §. 1.
- 28 Defenditur illius vulgaris lectio.
- 29 Utrum in ea specie necessariò substitutus petere debeat à Prætore bonorum possessionem.
- 30 Quare prætentur actiones utiles, & non directæ substituto.
- 31 Quid si filius moritur priusquam pater? pro intellectu dictæ legis lex Cornelia, in vers. Si vero.
- 32 Hæreitas est nomen juris, & nulla bona requirit.
- 33 Filius fam. incapax est bonorum actu, & potentia.
- 34 Quid si pater, & impubes apud hostes acedant? pro explicatione legis Quod si filius 11. §. 1. ff. de captiv. cum lege si pater 29. ff. de vulgari: & n. 40.
- 35 Refertur communis intellectus ad dicta jura.
- 36 Et convincitur.
- 37 Refertur intellectus Bart. & reprobatur.
- 38 Existentiâ sui hæredis pupillares tabulæ confirmantur.
- 39 Sui hæredes sunt ipso jure hæredes, neque scientia est aliqua necessaria.
- 41 Explicatur quare prius in dicta specie requiratur mors patris quam filij.
- 42 Impregnatur Faber in hoc puncto.
- 45 Quando presumatur prius mortuus pater, quam filius.

**H**æc quæstio adeò difficultis est, & intricata, ut desperasse aliquando se ad ejus intellectum venire posse afferat Cuiac. lib. 29. quæst. Pap. in l. si pater 10. ff. de captiv. & Faber lib. 10. conjectur. cap. 4. & seqq. ea quæ lib. 2. cap. 9. scripsiterit, retractaverit: & licet Vanc. tom. 1. illustr. tract. 3. cap. 9. eam per casum distinctionem, quâ solet elegantiâ dissolvat, adhuc tamen labor nos ter nec vanus, nec superfluus erit, quia pro viribus rem difficultem ea claritate explicata relinquemus, ut jam non difficultis, sed satis facilis reddatur omnino. Sit igitur hæc prima species quæstionis.

Pater filio impuberi instituto substituit pupillariter, deinde captus est ab hostibus, & decessit apud hostes: post mortem patris filius decessit in civitate impubes. Quæritur an valeat substitutio pupillaris, ut nempe substitutus à patre admittatur ad hæreditatem filij? an verò non valeat, ut hæredes ab intestato ad hæreditatem illius admittantur? Quod non valeat præfata substitutio, videtur probari, quia pupillares tabulæ tunc solùm valent, si impubes in potestate patris fuerit tempore mortis patris, l. cohæredi 41. §. cum filia 2. ff. de 3 vulgari. Sed in proposita specie filius per captivitatem patris, vivente adhuc patre, ab ejus exiit potestate. Cùm enim pater in hostium sit potestate, alium, id est filium, in sui potestate habere non potest, l. sic eveniet 21. ff. ad leg. Jul. de adulter. Igitur ex prædicta specie videbatur dicendum, irritam fieri, evanescereque pupillarem substitutionem. Et ita quidem opinasse quosdam afferit Papinian. in dict. l. pater 10. in princip. ff. de captivu. Sed contrarium ibidem resolutum est Papinian. & Julianus in l. lex Cornelia 28. in princip. usque ad vers. sed si pater, ff. de vulgari. ex ea scilicet ratione, quoniam pater qui non rediit, jam tunc decessisse intelligitur, ex quo captus est, l. penult. in fine, ff. de usucap. Unde suas vires necessariò tenet substitutionio; quippe supposita legis Corneliae virtute, filius morte patris ab illius exiit potestate, nec

5 quidem eo vivo, cum alia postliminij fictio jus patriæ potestatis suspendat: ob quam rationem non potest filius impubes in plenum dici à patria potestate liberatus, ut docet idem Papinianus *l. pater, penultim. ff. de suis & legitim. hæredib. l. i. §. i. ff. ad Macedon.* ita in effectu tradit Costa cum Bartol. *in cap. Si pater, 2. part. verb. testatore mortuo, num. 14. de testam. in 6. & rectè Cuiacius in dict. l. pater 10. & lib. 15. observ. cap. 17. Valenc. ubi suprà, num. 3.*

6 Secunda quæstio est, quid sit dicendum, retento eodem themate, & solùm mutato, quod filius impubes, non institutus, sed exhæredatus à patre proponatur. Et quidem Anton. Fab. *lib. 10. conjectur. cap. 4.* differentiam constituit inter utrumque casum, motus ex eo, quod Papinian. *in dict. l. pater 10. de instituto impubere meminerit, neque id absque mysterio credendum esse asserit pro ejus ingenij subtilitate; maximè cùm in §. sequenti de utroque mentionem fecerit, ibi: Impubes institutus. vel exhæredatus.* Quare illud discriminis versari putat, quod cùm impubes institutus est, & post patris captivitatem decedit, licet non retrò fingatur fuisse in patris morientis potestate, retrò tamen fingatur hæres, & quidem necessarius, juxta legem *lex Cornelia 12. ff. de testam.* neque enim lex Cornelia retrò fingere potest mortuum testatorem, quin eodem instanti inducat hæredem, cui hæreditatem deferre possit: planè hæres necessarius patri existere filius non posset, nisi tempore captivitatis mortuus fingeretur pater. Sequitur ergo ex utraque re effici, id est ex impuberis institutione, & patris morte tempore captivitatis contingente, ut pupillares tabulæ consistant *in dict. l. pater 10.* & cùm in exhæredato institutio non detur, inde putat fieri, diversum jus in eo esse constituendum, ex Papiniani mente.

7 Cæterum (quidquid dicat Fab.) in hac re nihil interesse puto, an impubes, cui pupillariter pater substituerat, institutus esset; & propter eandem rationem, pupillares tabulas consistere non ambi go, ut rectè existimavit Cuiac. *lib. 15.*

*observ. cap. 17. & tenet Valenc. ubi prò ximè, à num. 5. cum sequenti. & fatis probatur ex generali loquendi modo; quò utitur Julian. in eadem specie, in dict. l. lex Cornelia 28. in priori cajū ff. de vulgar.*

Quantum verò sit à Papiniani mente<sup>8</sup> aliena supradicta Fabri conjectura, nemo est qui non videat; quia si Papinian. *in dict. l. pater 10.* scribit secundas tabulas non valuisse, quia patre impuberis instanti captivitatis juxta fictionem dcedente, impubes non è vivi patris, sed mortui potestate liberari creditur, quare quælo substitutio pupillaris exhæredato facta non potuisset subsistere æquè, atque instituto facta? Nam à patre in civitate defuncto in utrumque collata valet, *l. i. §. i. & seq. l. 2. l. se si plures 10. §. ad substitutos 5. ff. de vulgari, §. illud palam, Inst. de pupillar.* Fictio<sup>9</sup> autem idem in casu ficto, quod veritas in casu verò operatur, *§. minorum*, cum alijs, *Inst. de adopt.* Sed quia exempli causà solùm ea species à Papiniano quæsita fuit, mentionem fieri institutionis expedit magis dicere, quam à Jurisprudentia, & Papiniani mente aliena comminisci, præcipue cùm non sit trita, aut Papiniani ingenij indigna ratio illa, quâ adversam sententiam tenentes excluserit *in dict. l. pater 10.* ex ea igitur solùm dependet decisio quæstionis, non ex institutione.

Ulterius Faber supponit falsum, dum<sup>10</sup> ex eo dumtaxat, quod institutus esset impubes, & pater mortuus fingeretur tempore captivitatis, effici intelligit, ut licet filius eo vivo ab ejus potestate existere, nihilominus necessarius, & invitus extiterit patri hæres, sicque secundas tabulas confirmaverit; nam nullo modo necessarius, & invitus existere potest, nisi qui in morientis est potestate, *§. i.* cùm alijs, *Inst. de hæred. qualitat.* Neque contrarium probat dicta lex *lege Cornelia 12 ff. de testam.* nam quod ibi dicitur, servum, & filium domino, vel patri apud hostes decadentibus minus propriè dici hæredes existere necessarios, non hoc significat, eos in morientium potestate fuisse retrò non fungi, quia id salvâ Jurisprudentiâ effici nequiret,

quiret, non magis, quām ut effectus datur sine causa; sed ideo potius quod in morientium potestate non fuerit, inspe-  
cta veritate, sed legis Corneliae solum  
fictione: sicque non verè, sed fictè, non  
propriè, sed impropriè dicuntur nece-  
sarij, ut in l. 4. §. 1. ff. de bon. libertor.  
quid simile dicitur, de quo jam egimus  
suprà.

- 11 Duæ superiores quæstiones proce-  
dunt eo in themate, in quo proponitur  
patrem apud hostes è vita migrasse pri-  
usquam filius deceſſisset in Civitate.  
Nunc inquirendum est, quid juris si fi-  
lius impubes prior in civitate, & posteā  
pater apud hostes deceſſat, an nempe le-  
ge Cornelia etiam in hypothesi hujus  
tertiæ quæſtionis pupillares tabulæ con-  
firmentur? Et quidem Papinian. in l. quod  
ſi filius 11 ff. de captiv. in hac specie do-  
cet nihil esse quod de secundis tabulis  
tractari possit: quorum verborum illum  
ſenſum esse putant Accurs. Bart. cæte-  
rique ferè omnes antiquiores, quos fe-  
quitur Govean. in dict. l. lex Cornelia,  
Costa ubi supra, num. 16. ut pupillares  
tabulæ prorsus non valeant, quia re-  
verſo patre filius familias deceſſisse in-  
telligitur propter jus postliminij, dict. l.  
penult. ff. de suis, & legitim. hæredib. cum  
alijs; ſin verò reverſus non ſit, exinde  
ſui juris factus videatur, ex quo pater  
hostium potitus eſt, ſicque eo vivo ſe-  
condas tabulas infringit, ex dict. l. cohæ-  
red: 41. §. cum filiæ. Quem verborum  
ſenſum, amplectitur etiam Fab. dict. lib.  
10. cap. 6. addens, id quod dicitur, pa-  
tre non reverſo filium ſui juris factum  
eo vivo, non tam fictionis eſſe quæ in  
hac specie ad patrem ſolum pertinet,  
quām veritas rei, quā inspecta ob servi-  
tutem patri supervenientem patria po-  
tentias ſublata fuit, §. ſi ab hostibus, cum  
alijs quib. mod. jus patriæ poſteſt. ſolvit. Se-  
quitur etiam Valenc in dict. cap. 9. à nu-  
mer. 10. cum ſequentib. uſqne ad num. 18.

- 12 Sed pace tantorum virorum dixerim.  
Hæc interpretatio non convenit Papi-  
niano, qui in dict. l. pater 10. antece-  
denti, ideò confutavit existimantes ſe-  
condas tabulas non valere, cùm patre  
capto apud hostes impubes filius posteā

in civitate deceſſit, quia filius non tam  
e vivi patris poſteſtate exiſſe, quām  
mortui tunc cùm captus fuit, creden-  
dus eſſet, ut ſuprà explicuimus; ſicque  
morti fictæ tribui debeat liberatio filij  
à patria poſteſtate magis, quām ſervitu-  
ti patri contingentι, fictioque legis in  
hac specie veritate potentior eſt, ut  
inquit Cuiac. ult. ſuprà: Quod etiam con- 13  
firmat verbum illud, videtur, quod ple-  
rumque non quod verè eſt, ſed quod  
impropriè, & fictè, notare ſolet, ut praे-  
ter alia appetet ex illo Ciceronis 2. offi-  
cior. ibi: Induxit eam, quæ videtur eſſe,  
non quæ eſſet, repugnantiam. Et probatur  
ex l. 1. §. de jecifffe videtur, ff. de vi & vi  
armat. l. naturaluer, in princip. ff. de at-  
quir. poſſeff.

Unde contraria ſententia magis Pa- 14  
piniano convenit, ſcilicet ſecondas ta-  
bulas valere, quando dum pater eſt apud  
hostes, filius antè in Civitate moritur:  
quemadmodum etiam tunc cùm primò  
apud hostes eſt, deinde filius in civitate  
moritur, ex dict. l. pater 10. cùm valor  
ſecondarum tabularum in posteriori  
etiam ſpecie non tantum pendeat ex Pa-  
piniani ſententia, ex eo, quod pater  
primò moriatur, deinde filius; ſed ex eo  
ſolum, quod morte patris tempore cap-  
tivitatis ob fictionem contingentē, ex-  
inde ſui juris filius fuſſe credatur, non  
verò ante; & ideo pupillare testamen-  
tum tanquam patris accessorium per le-  
gem Corneliam firmatur. Quam ratio-  
nem aequè militare negari non poſteſt,  
etiam cum primò impubes, deinde pa-  
ter moritur. Neque ſuaviores eſtunt  
antiqui, dum eam etiam rationem affe-  
runt, ut ſecondæ tabulæ non valeant,  
quia cùm patre vivo moritur filius, ejus  
hæreditatem adire non potuit; non adi-  
ta verò hæreditate ex patris testamento,  
ſecondæ corrunt tabulæ, l. 2. §. 1. in  
fine, ff. de vulgari: quia cùm in suis hæ- 15  
redibus adiſio necessaria non ſit, atque  
ſcientia mortis, ut hæredes exiſtant pa-  
tribus ſuis, l. in suis 11. ff. de liber. & poſt.  
hum. l. in suis 14. ff. de suis & legitim.  
mortuo quandocunque apud hostes pa- 16  
tre, hæredem impuberem ſuum extitif-  
feretro appetet, l. apud hostes 8. Cod. de

suis, & legitim. hæredib.

- 17** Quare melius rem consequutum opinor Cuiac. *ubi supra*, ut Papiniani sententia illa sit, cùm pater est apud hostes, & filius in civitate ante moritur, nihil esse quod de secundis tabulis tractari possit, id est nihil esse in ipsius sententia difficile, aut d' sputatione dignum circa secundas tabulas, sed rem facilem, & omnino expeditam: nam si revertatur pater, filium familias decesse impuberem in civitate appetet, propter jus postliminij, *dict. l. penult. cum alijs*: sicque tabulae secundæ valere non possunt, cùm ad id præcedere oporteat mortem patris subsistentis, *princip. Inst. de pupil. & ejus testamenti confirmationem, l. moribus 2. §. 1. vers. adeò, ff. eodem tit.* cùm alijs filius familias neque habeat bona, neque habere possit, ut hæredes habeat vivo patre; sicque legi Corneliae tunc locum non esse, meritò Julianus quoque docet *in dict. l. lex Cornelia 28. vers. si verò*. Sin verò pater non revertitur, statim secundæ tabulae valent, ex ratione dictæ legis pater 10. quæ repetita extat *in dict. l. quod si filius 11. ibi: Quoniam non reverso eo, exinde sui juris videtur fuisse, ex quo pater hostium potius est*. Quo etiam loquendi modo utitur Ulpian. *in l. Ab hostibus 15. ff. ex quibus caus. maior.* quam interpretationem, licet non laudato authore sibi adscribat Cuiac. ante eum tamen tenuit eam Cuman. *in dict. l. lex Cornelia, num. 6.* quam cùm non bene fortè perciperet Costa audacem illum appellat *ubi supra, n. 17.* nec quidquam etiam quod in contrarium moveat, affert Anton. Fab. *dict. cap. 6.* licet Cuiac. reprehendendo, & contendendi studio contra stimulum calcitrare non sistat.

- 19** Quarta quæstio sit: Pater condidit testamentum sibi & filio impuberi; & cùm moreretur in civitate, postea filius impubes captus fuit ab hostibus, & apud eos decessit. Quaritur, an in hac hypothesi per legem Corneliam confirmantur tabulae pupillares? Et quidem negativè respondisse huic quæstioni videtur Papinian. *in dict. l. pater, §. 1.* ea ratione, quia lex Cornelia nihil de secundis ta-

bulis loqua est, cum ejus dumtaxat personam demonstrarit, quæ testamenti factionem habet; quam tamen non habet impubes, §. *Præterea, Inst. quid. non est permis.* quare illas irritas esse necesse erat, cùm lex Cornelia, quæ pro captivorum testamentis lata eit, hic locum non haberet.

Sed Papiniano è diametro obstarere vi. **20** detur Julian. *in dict. l. lex Cornelia 28 ff. de vulgar. in vers.* Sed si pater, ibi: *Si si pater in civitate accessit, filius impubes apud hostes, si quidem mortuo patre filius in hostium potestatem per venit, non in commode* (sic enim prout in vulgaribus, non prout in alijs, non commode, nisi tunc interrogativè pronuncies, ut in alijs codicibus reperitur, legendum existimo cum Anton. Fab. *dict. lib. 10. conjectur. cap. 5. in fine*, neque aliter bene subiungeretur versiculus sequens) *dicitur hæreditatem ejus ex ea lege ad suhstratos pertinere.* Ex quibus verbis aperte colligitur, legem Corneliam de confirmandis secundis tabulis in prædicta specie egisse.

Hanc difficultatem, omissâ sententiâ **21** Fabri *ubi proximè*, existimantis Papinianum à Juliano diffensisse, rectè componi posse arbitror, si dicamus cum Accurs. *in dict. l. lex Cornelia, verbo Ex ea lege*, quem sequuntur DD. Aretin. ibi num. 2. & 4. Cost. *in dict. cap. si pater, 2. part. verbo Testator e mortuo, num. 18. Galdeyra lib. 4. variar. cap. 7. Cuiac. lib. 29. quæst. Papinian. dict. l. pater 10. § 1. quod licet verba legis deficiant (qui est sensus dicti §. 1.) ex ejus tamen subintellecta mente secundæ tabulae consistent (qui est sensus dictæ legis *lex Cornelia*) quod ideo rectè dicitur à Juliano ex lege Cornelia fieri, quia non minus ex lege fit, quod ex mente, & sententia, quam quod ex verbis ejus fit, *l. non minus 6. §. 1. ff. de verbor signifcat. l. scire leges 17. ff. de legib.* quemadmodum æquè contra eam fieri dicitur, cùm solis verbis mens, & sententia circumvenitur, *l. contrà 29. cum seq. ff. de legib. l. non dubium 5. Cod. eod.**

Sub audiendæ verò in specie proposita, & ampliandæ legis Corneliae ea ratio fuit,

fuit, quod lex Cornelia impuberis legitimam hæreditatem confirmat, l. bona 22 ff. de captiv. & sic habet pro intestato impuberem, cum tamen intestatus esse propriè dicatur ille, qui cum testari potuerit, non est testatus, l. l. §. 1 ff. de suis & legitim. hæredib. Unde cum pupilli intersit testamentarium potius quam legitimum hæredem habere, l. Julianus 52. (alias l. si pupillus, ff. de acquir. hæredit.) meritò mentem, & sententiam legis Corneliae ad hanc speciem pertinuisse præsumendum fuit, sicque quod amplius voluisset scribere, minùs scripsisse, ut de testatore differens inquit Ulpian. in l. quoties 9. §. sed si non corpore 25 2. ff. de hæred. inst. Juvat etiam quod cum cætera testamenta omnia lege Corneliae confirmarentur, iniquum videri potuisset pupillare, quod omnium favorabilissimum est, non confirmari. Et dicta satis insinuare videtur Papinian. in dict. l. pater 10. §. 1. vers. planè, ibi: Pla- nè captivi etiam impuberis hæreditatem per legem Corniliam deferrit: quoniam verum est, nec impuberem quidem factio- nementi habuisse, &c. Quasi apertius diceret Consultus, testamentarium impuberis hæreditatem lege Corneliae confirmari, & licet solùm de factione testamenti habitibus loquita esset, mirum videri non deberet, cum ejus legitimam hæreditatem, quæ minùs favorabilis est, confirmet, quamquam testamenti factio- nem non habeat: unde licet Cuiac. ubi proximè, & lib. 15. observ. c. 17. illud verbum, quoniam, delendum putet, quia sensum turbare videtur, & loco ejus reponendum esse, quamquam; & Holoandrinam lectionem ita se habere testetur Gothofred. in notis ad dict. §. 1. verbo Quoniam, & in manuscriptis codicibus, etiam eodem modo legi notatum extet in margine dicti §. 1. nihilominus existimo vulgarem illam lectionem posse retineri, quia haud est alienum in jure, ut verbum, quoniam, eundem sensum conficiat sicut verbum, quamquam, ut probatur ex textu in l. si hominem 19 in fine, ff. de usue ap. uncto Gothofred ubi proximè, & in dict. l. 59. verbo Quoniam. 27 Ulterius dici potest legem Corneliam

confirmare impuberis legitimam hæreditatem idcirco, quia testamenti factio- nem non habet ex eo quod impubes etiam captus fuit: nam legis Corneliae institutum illud est, ut morientium apud hostes, testamenti factio- nem supplendo, perinde bona hæredibus deferat; ac si in civitate dece lentes illam habuissent, dict. l. bona, & dict. l. lex Cornelia; ideo ergo confirmat hæreditatem, quia apud hostes decedentes testamenti factio- nem non habent; quia si eam haberent, legis Corneliae auxilio non indigerent.

Rectè igitur inferit Papinian. in dict. §. 1. in vers. & ideo, non esse alienum, Prætorem subsequi in hac specie non minùs patris impuberis substituentis, quam legis Corneliae voluntatem, utillesque actiones in hæreditatem substituto præstare. Ubi advertendum est, prætorem sequi utriusque voluntatem, & patris substituentis expressam, & legis subintelleclam & ampliatam ex mente, & ratiocinatione, ut rectè intellexit Costa ubi supra, num. 19. & Cuiac. citati locis, quem immeritò carpit Anton. 28 Fab. dict. cap. 5. motus ex eo, quod si ex tacita legis potestate hæreditas substituto deferretur, non esset necessarium Prætoris auxilium, sed jure civili posset hæreditatem adire: quod tamen Papinian. omnino requirit in dict. §. 1. Quia respondetur non esse novum, legum quoque tuendarum causâ bonorum possesionem à Prætore dari, l. sed cum pa- tre, num. 6. §. penult ff. de bonor. possess. unde licet legis voluntate nitatur substitutus, nihil tamen incommodi habet ex eo, quod à Prætore bonorum possesionem postulet. Et licet Angel. & Cu- man. in dict. l. lex Cornelia, laf. in l. 5. n. 7. ff. de verbor. significat, & Zaz. in dict. l. 10. §. 1. putaverint substitutum pu- pillarem posse nudâ voluntate adire hæreditatem sine Prætoris interventu; communiter tamen illud receptum est, ut necesse habeat bonorum posses- sionem secundum tabulas agnoscere, ac pe- tere à Prætore: quod evincere videntur verba dicti §. 1. & ita sensit communem dicens Alex. in dict. l. 28. num. 10. Costa ubi supra, num. 20. & supradictæ inter- 29 preta-

pretationi apprimè id convenit. Unde  
 30 etiam fit, utiles actiones præstari substi-  
 tuto: tum quia quoties non ex verbis le-  
 gis, sed ex ejus sententia, & mente so-  
 lùm conceduntur, non directæ, sed uti-  
 les esse solent, juxta ea quæ resolvit Bart.  
*in l. curatori, §. 2. Cod. de negot. gest. Al-*  
*ciat. in l. non omnis 6. §. verbum, de ver-*  
*bore. significat. Costa suprà, num. 19. in fi-*  
*ne: & probatur ex l. penult. ff. si quadrup.*  
*pauper. fecis. dicat. §. ult. Inst. de leg. Aquil.*  
*l. si servus 27. § si forniciarius, ff. eod. l. i.*  
*Cod. de interdict. tum etiam, qui quem-*  
*admodum Prætor hæredem facere ne-*  
*quit, §. quis autem, Inst. de bonor. posses-*  
 sic nec hæredi directo competentes ac-  
 tiones bonorum possessori accommo-  
 dare, ut advertit Fab. *dict. cap. 5. ad fi-*  
*nem*, ubi verè reprehendit Cuiac. exis-  
 timentem *ubi suprà*, ex lege Cornelia  
 non transferri actiones directas, etiam  
 casu, quo verba ipsius locum habent;  
 quia cùm hæreditatem tunc directò in-  
 ducat, sic etiam pro ipsius potestate in  
 consequentiam directas quoque actio-  
 nes in hæredes transferre necesse est.

Quinta quæstio est, quid sit dicendum  
 si fingamus filium impuberem ante obi-  
 tum patris deceſſisse, sic ponendo spe-  
 ciem. Pater sibi, & filio impuberi fecit te-  
 stamentum: impubes captus fuit, & de-  
 cessit apud hostes; postea deceſſit pater  
 in civitate, an scilicet in hoc casu per le-  
 gem Corneliam pupillares tabulæ con-  
 firmentur, sicut in antecedenti quæſtio-  
 ne confirmari diximus, quando pater si  
 filius apud hostes deceſſerit, deceſſit in  
 civitate? Et negativè respondet Julian.  
*in dict. l. lex Cornelia 28. in vers. Si verò,*  
*ff. de vulgar. existimans rectè in prædi-*  
*cita specie legi Corneliae locum non esse,*  
*ea ratione, quia non efficitur per eam, ut*  
*is qui nulla bona in Civitate reliquit,*  
*hæredes habeat; quasi apertius diceret,*  
*ea in specie captum filiumfamilias dece-*  
*dere, retrotracta morte naturali ad tem-*  
*pus captivitatis. Et cùm pater tunc tem-*  
*poris vivebat, evanescere necessum est*  
*pupillares tabulas, ut à fortiori proba-*  
*tur ex consequentia, quam Julianus in-*  
*fert in posteriori versiculo. Quare ibi,*  
*etiam pubes filius vivo patre captus fu-*

erit, de nde mortuo in civitate patre, in  
 hostium potestate deceſſerit, patris hæ-  
 reditas ex lege XII. Tabul. non filij ex  
 lege Cornelia, ad agnatum proximum  
 pertinet: nempe quia cùm mors filij re-  
 trotrahatur ad captivitatis tempus, fi-  
 liumfamilias deceſſisse mortuum fingi-  
 tur, cùm eo in tempore illius paterfami-  
 lias viveret; & ideo bona filij ad eum  
 pertinent ex lege XII. Tabular. & non  
 ad agnatum filij ex lege Cornelia, cùm  
 filiusfamilias nec testari, nec hæredem  
 habere possit ab intestato, princip. *Inst.*  
*quib. non est permis. facer. testam. l. i. ff. ae*  
*suis, & legum. hæredib.*

Sed contra hanc decidendi rationem  
 illud videtur obstare, quod cùm hæredi-  
 tas nomen juris sit, nulla bona requirit;  
 indeque fieri, ut qui bona deductio ære  
 alieno non habet, testari tamen possit,  
 ejusque hæreditas detur, *l. qui fuluendo*  
*60. ff. de hæredib. inst. l. i. l. 3. & § 1. ff. de*  
*bonor. poss. ff. Non videtur ergo subsiste-*  
*re Juliani ratio, dum ex eo in prædicta*  
*specie favorem legis Corneliae denegat,*  
*quod per eam non efficiatur, ut is qui*  
*nulla bona in Civitate relinquit hære-*  
*des habeat.*

Respondetur tamen veram esse ratio-  
 nem Juliani, quia cùm filiusfamilias in-  
 capax sit bonorum actu & potentia, *l.*  
*placet 79. ff. de acquir. hæred. l. i. ff. si à*  
*parente quis fuerit manumis. hæredem ha-*  
 bere non posse palam est: legis autem  
 Corneliae præcipuum caput de hærede  
 inducendo, & de hæreditate curavit, *l.*  
*filiusfamilias 18. ff. ad leg. Falcid. instan-*  
*tiam verò procedere de eo, qui desinit  
 bona habere, non per abnegationem po-*  
*tentie, sed contingentiam facti, ut cum*  
*Bald. & Salycet. in authentic. Ingressi,*  
*Cod. de sacr. Eccles. docet Ias. in d. l. lex*  
*Cornelia 28. num 4. cui in instanti mortis*  
 potuit etiam ignoranter acquiri per ser-  
 vos, aut ex legato, aliave simili caufa,  
 per quam solet etiam ignorantibus acquiri,  
 ut aduertit Fab. *suprà, cap. 8.*

Sexta quæstio, & difficilior, illa est:  
 Pater in civitate testamentum fecit sibi,  
 & filio pupillo, cui substituit pupillari-  
 ter; postea ambo capti fuerunt ab hosti-  
 bus, & prior pater deceſſit; queritur, an  
 per

per legem Corneliam confirmantur tabulae illae pupillares? Et quidem sufficere substituto legem Corneliam, docet Papinianus *in dict. l. quod si filius 11. §. 1. ff. de captiv. quemadmodum sufficeret si apud hostes pater deuncto postea filius in Civitate decessisset. Sunt verba Juris-consulti sequentia: Sed si ambo apud hos-  
tes, & prior pater decebat, sufficiat lex Cornelia substituto, non alias quam si apud hos-  
tes pater defuncto postea filius in civita-  
te decessisset. Sed è diametro contrarium  
respondisse Scævola videtur *in l. si pater  
29. ff. de vulgar.* sequentibus verbis: Si  
pater captus sit ab hostibus, mox filius, &  
ibi ambo decedant, quamvis prior pater de-  
cedat, lex Cornelia ad pupilli substitutio-  
nem non pertinebit, nisi reversus in Civita-  
te impubes decebat; quoniam et si ambo in  
Civitate decessissent, veniret substitutus.*

35 Sanè difficillimi sunt hi textus, & ut eos concilient Interpretes, hucusque labo-  
rant. Anton. Fab. *ubi suprà, cap. 7.* Papi-  
niani verborum sensum *in dict. §. 1.* eum esse refert, ut in proposita specie ita de-  
mùm substitutus pupillaris admittatur,  
si filius cum patre captus postea in civi-  
tatem revertatur, ibique decedat, quasi  
illud verbum, non alias, eandem habeat  
constructionem, & interpretationem,  
ac verbum, non aliter; & sic in amicitiam redigit prædicta jura.

36 Sed faciliè convincitur hæc interpre-  
tatio. Primò, quia contraria omnino signifi-  
catio prædictis verbis accommodatur Secundò, quia Papinianus eam speciem tractat, in qua uterque, & pater, & fi-  
lius, sed pater prior apud hostes dece-  
bat, ut constat ex prioribus verbis, ibi:  
*Sed si ambo apud hostes, & prior pater de-  
cedat.* Quomodo igitur fieri potest, ut ad propositam quæstionem Papinianus respondeat, sufficere quidem posse le-  
gem Corneliam substituto, sed ita de-  
mùm, si filius quem jam posuit apud hos-  
tes decessisse, in civitate moriatur? Aut quis credat de alio, quām quod quæsti-  
num ab eo fuit, respondisse? Ulterius  
verbum illud, *decessisset*, de quo *in dict. §. 1.* vulgari interpretationi non conve-  
nit, secundum quam si Grammaticos Pa-  
pinianus amavit, dicere debuerat, non

*aliter quām si in Civitate decebat*, vel de-  
cesserit; ita ut de futuro, non de præte-  
rito tempore loqueretur. Tandem alie-  
na est à Papiniani mente, quia à ratione  
à se tradit *in dict. l. pater 10.* abhorrere  
videtur, ut impubes, qui morte patris  
jam retrò sui juris factus, non habeat  
hæredem ex secundis tabulis, confirma-  
tis paternis per legem Corneliam. Ex-  
plodenda est omnino vulgaris hæc in-  
terpretatio.

Nec placet etiam traditio Bart. re-  
cepta ab alijs *in dict. l. ex Cornelia*, quam  
refert Costa *ubi suprà, à num. 22.* existi-  
mantis ideo in specie proposita pupilla-  
res tabulas non confirmari per legem  
Corneliam, quia testamentum patris ir-  
ritum factum fuit, nec potuit per adi-  
tionem confirmari: non per impuberem,  
quem apud hostes decessisse ponimus:  
non per alium, quia nullum ipsi cohæ-  
redem à patre datum intelligimus, quia  
hæc sententia, & alia Cost quām tradit  
*dict. num. 22.* reicitur illa considera-  
tione.

Pro cuius faciliori intelligentia ad-  
38  
verto constituti juris esse, existentiā sui  
hæredis pupillares tabulas confirmari, *l.  
si filius qui patri 12. ff. de vulgar. l. filius  
qui se paterna 42. l. Julian. 42. ff. de ac-  
quir. hæredit. l. paterfam. 28. ff. de reb.  
author. judic. possid.* Latèque probat Cost.  
*ubi suprà, verbo deferuntur, à num. 2.* &  
ab Osuald. relati *in notis ad Donel. lib. 6.  
cap... lit. X. Valenc. tom. 3. illustr. tract.  
1. de acquir. hæred. cap. 7. à n. 12.* item  
& illud certissimum esse, suos hæredes  
cùm illis aditio necessaria haud sit, ip-  
so jure existere parentibus hæredes,  
dummodo in ipsorum potestate fuerint  
mortis eorum tempore; neque ad hoc  
scientiam aliquam esse necessarium, §.  
*sui autem 2. Inst. de hæred. qualitat. & dif-  
fer. §. 2. & §. sui autem, Inst. de hæred.  
qua ab intest. defer. elegans textus in l.  
apud hostes 8. Cod. de suis & legitim. hæ-  
red. unde cùm mortis tempore *in dict. §.  
1. impubes in patris potestate fuisse fin-  
gatur mortuo tempore, id est captivita-  
tis, ex dict. l. pater 10. eum extitisse pa-  
tri suum hæredem eodem tempore ne-  
cessariò dici debet, siveque tabulas pu-**

290 Tract. de Competent. inter Archiep. &c.

pillares confirmasse, & paternam hæreditatem propriè junctam hæredi reliquisse, l. si quis filius fam. 7. §. 1. ff. de acquir hæred. cum multis: de qua re videndus Costa ubi suprà, verbo Ac deinde filio, num. 4.

40 Et quidem mea hæc est opinio, ut Papinianus doceat in dict. l. quod si filius, §. 1. valituras lege Cornelia secundas tabulas: & hæc interpretatio rationi Papiniani conveniens est in dict. l pater 10. ex qua veluti continuata ratione infert decisionem ad species dictæ legis quod si filius 11. in princip. & §. 1. Unde rectè sub intelligitur ratio in d. §. 1. non aliás, hoc est in proposita specie valere secundas tabulas ac si filius reversus in civitate decessisset, juxta dict. l. 10. quod etiam placuisse reperio Cumano viro doctissimo, in dict. l. si pater 29 ff. de vulgar.

41 Illud tamen advertendum est, Papinianum idcirco exigere in dict. §. 1. ut pater prior decebat, quia ambo simul capti fuerunt; & si patris impubes non supervixisset, intelligi non posse eum patri suo existere hæredem potuisse, sique secundas tabulas confirmare. Unde ex eo, quod priùs moritur pater, priùs etiam captum præsumimus, cùm utrumque tempus per legem Corneliam conjugatur, ex l. penult. §. ult. cum alijs, ff. de usucap. quod malim dicere, quām cum Fabro supponere ubi proximè, priùs etiam captum fuisse patrem, idque necessariò supplendum, & intelligendum esse in dict. §. 1. Nam si prioritas etiam in captivitate exigitur, cur Papinianus de illa non meminit, cùm juxta Fabri opinionem, id ejus sententiæ fundamentum fuerit? At verò de mortis prioritate solùm mentionem fecit, quæ non præcedente captivitatis prioritate, nihil ipsa per se ad rem faceret. Certè secundum hoc Papinianus non tam acutissimi ingenij virum (prout ab Imperatore nuncupatur in l. cùm acutissimi, Cod. de fideicom.) ageret, sed rudis, & imperiti; quod etiam cogitatu absconum est. Ulterius, qui si pater caperetur, deinde filius, licet posterior pater, & prior filius decessisset, nihilominus tamen, cùm tempora mortis jungantur temporibus cap-

tivitatis juxta supradicta, semper verum esset dicere, priùs patrem, quām filium decessisse: ergo prioritas illa mortis patris supervacuè exigeretur à Papiniano, in dict. §. 1.

Neque obstat supradictis si dixeris, 43 quoties pater, & filius simul pereunt, præsumptione juris priùs patrem, mox filium decessisse intelligi, l. qui duos 10. §. cùm bello 1. l. cùm pubere 23. ff. de reb. dub. quare videtur inaniter prioritatem in morte patris à Papiniano exigi in dict. §. 1. quoniam respondebitur eam regulam tunc locum habere, quando parentes simul cum puberibus filijs decedunt, non verò quando cum impuberibus, quoniam tunc propter imbecillem eorum ætatem priùs mortuos esse, quām illorum parentes præsumuntur, dict. l. qui duos 9. §. final. l. si mulier 24. ff. de reb. dub. l. inter sacerdotum 26. ff. de paet. dotalib. de qua materia & præsumptione, ultra Donel. & Cost. in dict. §. Cùm bello, videndi sunt Covar. lib. 2. resol. cap. 7. Menoch. lib. 6. præsumpt. 50. Charond. lib. 1. verisimil. cap. 21. unde ut hæc præsumptio cessaret, merito exigitur patri supervixisse imuberem apud hostes, ut sic etiam priùs patrem, deinde filium captum & mortuum intelligeremus.

## C A P U T X C I X .

**Utrum Nuntius cum potestate Legati à latere, aut Legatus à latere habeat potestatem ferendi censuras in Archiepiscopi, aut Episcopi diœcesi, eis contradicentibus; ac etiam facultatem absoluendi ab illis.**

## S U M M A R I U M .

1 Archiepiscopus aut Episcopus in suis diœcesibus habent potestatem ferendi censuras.

2 Nuntius cum potestate Legati à latere, aut Legatus à latere, etiam contradicente

cente Archiepiscopo, aut Episcopo in materia ad suam jurisdictionem concernente habet potestatem ordinario jure ferendi censuras, sicut etiam suis Auditor.

3 Nec prohibetur excommunicationes ad finem revelationis decernere.

4 Etiam potest concedere Paulinas.

**L**Icet Archiepiscopus, aut Episcopus in suis Diocesisibus habeant potestatem ferendi censuras cum ea libertate, de qua latè diximus cap 79.

2 Attamen etiam contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo in materia ad suam jurisdictionem concernente habet Nuntius cum potestate Legati à latere, aut Legatus à latere potestatem ordinario jure ferendi censuras, sicut etiam suis Auditor, ut est textus in cap. *Legatus, de offic. Legati*, in 6. & ibi Gloss. & in cap. *Licet, de offic. Vicarij*, lib. 6. verb. *Officialem*, ex quibus ita tenet Leand. part. 4. de censur. ecclesiast. tract. 1. disp. 2. quest. 12.

3 Nec prohibetur in Concilio excommunications ad finem revelationis decernere, ut teret Prosper Fagn. in cap. *Quoniam*, n. 44. de offic. delegat. pag. 403.

4 Et etiam potest concedere Paulinas, ex Gomez Bajo *pract. Eccles.* lib. 3. part. 2. cap. 1. num. 2. & sicut potest excommunicare, ita etiam potest absoluere à censuris per viam gratiae in casibus de quibus agunt DD. quos refert & sequitur Barb. *de jur. Eccles.* lib. 1. cap. 5. n. 27. ex multis juribus, de quibus ibi.

## C A P U T C.

Utrum Nuntius cum potestate Legati à latere ad Regem nostrum, aut Hispaniarum missus possit etiam in locis Legationum, per quæ non transit, gratias concedere, etiam contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo.

## S U M M A R I U M.

1 Utrum Nuntius, aut Legatus possit in locis, per quæ non transit, gratias concedere.

**A**ffirmative resoluenda est quæstio; Legatus enim à latere ad Regem nostrum, ac Hispaniarum missus potest etiam in locis legationum, per quæ non transit, gratias concedere, etiam contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo, ut ex Puteo decis. 467. in annotatione marginal. lib. 2. tradit Bicch. decis. 400. num. 15. & 16.

## C A P U T C I.

Utrum Legatus à latere, aut Nuntius possint in sua Provincia quicquid Archiepiscopi, Episcopive in suis Diocesisibus, eis contradictibus.

## S U M M A R I U M.

1 Legatus à latere, & Nuntius potest in sua provincia quidquid Archiepiscopi, Episcopive in suis Diocesisibus.

2 Explicatur, & num. 3. & 4.

5 Legatus circa dispensationes concedendas juxta facultatem potest in sua Provincia quantum Episcopus in sua Diocesi.

**L**Icet Legatus à latere, & Nuntius possint in sua Provincia quidquid Archiepiscopi, Episcopive in suis Diocesisibus, ut tenet Garcia *de benef.* 1. part. cap. 5. num. 283. Sanch. *de matrim.* lib. 8. disp. 9. num. 25 Mendos. & Gonzal. quos refert August Barbos. *dict. cap. 5. num. 24.* Villaroel. *dict. quest. 4. 1. part. art. 4. num 21.* Castr. Pallau. *de sponsalib. disp. 13. punct. 13. §. 11. num. 1.* Solorzan. *de jur. Ind. lib. 2. cap. 4. n. 14.* Reinos. *observ. 60 num. 9 Aug. Barb. *de jur. Eccles. lib. 1. cap. 5. n. 24.**

- 2 Attamen in Nuntio procedit in secunda instantia per viam appellationis, ut in Archiepiscopo respectu suffraganei, ut in specie dicit Castr. Pallav. *ubi supra.*
- 3 Vel in casibus, in quibus habet expressam facultatem, ut diximus suprà; & secus ultra eos, quia tunc non habet jurisdictionem ordinariam, nec se potest intromittere in Ordinarij, Archiepiscopi, aut Episcopi jurisdictionem, ut diximus suprà.
- 4 Vel quando non datur præjudicium Archiepiscopi, aut Episcopi, ut ex alijs tenet Barbos. *dict. cap. 5. num. 61.*
- 5 Et ideo circa dispensationes concedendas juxta facultatem potest in sua Provincia quantum Episcopus in sua diœcesi, ut per Covar. *de sponsalib. 2. part. cap. 6. §. 10. num. 11.* Henrig. *in summa lib. 12. cap. 2. in princip. Sanch. de matrimon. lib. 8. disp. 9. num. 25.* August Barbos. *de jure Eccles. lib. 1. cap. 5. num. 22.*

separare, & alteri concedere inscio Archiepiscopo, aut Episcopo, & eis contradicentibus, ut eleganter resolvit Menoch. *conf. 477. num. 13. & 14. & per tot.*

• • • • • • • • • • • • • • • • • •

### C A P U T C I I I .

**Utrum Nuntius cum potestate Legati à latere, aut Legatus à latere erigere possit Ecclesiæ, seu Episcopatus, aut eas dismembrare, contradicente Archiepiscopo.**

### S U M M A R I U M .

- 1 *Cathedralium erectio est de reservatis Papæ.*
- 2 *Idem dicendum est quando Ecclesia Cathedralis in Metropolitanam erigitur.*
- 3 *Similiter quando ex aliqua Cathedraли fit dismembratio ad alias Cathedrales erigendas, auctoritate solius Romanii Pontificis fieri debet.*
- 4 *Idem dicendum est in unione duorum Episcopatum, quia solum ad Pontificem pertinet.*
- 5 *Solus etiam potest in eis novas dignitates erigere.*
- 6 *Nuntius, aut Legatus à latere nihil potest statuere circa has materias, etiam non contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo, & multiò minus eo contradicente.*
- 7 *Eodem modo non potest privare Cathedrales sua Cathedralitate.*

**C**um Cathedralium erectio sit de reservatis Papæ, *cap. 1. de translatione Episcoporum, cap. 1. ne Sede vacante, cap. Quod translationem, cum Gloss. de offic. Legat. cap. Felix, cap. præcipimus 53. juncto §. sicut, 16. quest. 1. cum multis Solorzan. *de jure Indiar. 2. tom. lib. 3. c. 4. num. 1. & in politic. Indiana lib. 4. cap. 4. in princip.**

*Idemque dicendum sit quando Ecclesia Cathedralis in Metropolitanam erigitur,*

### C A P U T C I I .

**Utrum Legatus à latere, aut Nuntius cum ejus potestate possit auferre jus unius Ecclesiæ, ac separare, alterique concedere in præjudicium Archiepiscopi, aut Episcopi, & eis contradicentibus.**

### S U M M A R I U M .

- 1 *Licet potestas Legati à latere summa sit, attamen nihil potest agere in præjudicium alterius, nec potest auferre, aut separare, aut alteri concedere inscio Archiepiscopo, aut Episcopo: & num. 2.*

**L**icet potestas Legati à latere summa sit, ut suprà diximus *c. 33. num. 2.* ex Menoch. *conf. 477. n. 10.*

Attamen nihil potest agere in præjudicium alterius, nec potest auferre, ac

gitur, ex textu in dict. cap. I. de transla-  
tione Episcoporum, Loter. de re beneficiar.  
lib. I. quæst. II. num. 98 Frances de Eccle-  
sij Cathedralib. cap 3. num. I. & 2.

Similiter quando ex aliqua Cathedra-  
li sit dismembratio ad alias Cathedrales  
erigendas , authoritate solius Romani  
Pontificis fieri debeat , *ex ira vag.* I. de  
p̄. e b e n d . i n t e r c o m m u n . c a p . I n t e r c o r p o r a -  
l i a , de t r a n s l a t i o n e E p i s c o p i , c a p . M u t a t i o -  
n i s 7 . q u e s t . I . T a m b u r i n . de jure A b b a t .  
I o m . 2 . d i s p . 1 4 . q u e s t . 1 5 . n u m . 2 0 . F r a n -  
c e s d i c t . c a p . 3 . n . 3 . 2 3 . & 6 3 .

**4** Et idem dicendum sit in unione duorum Episcopatum, quia solum ad Pontificem pertinet, cap. *Et temporis, cum seqq.* 16. *quest. 1. Garcia de benefic. part.* 12. *cap. 2. num. 60. August. Barb. de jure Eccles. lib. 1. cap. 2. num. 147. & ad Concil. sess. 7. de reform. cap. 6. num. 7. & sess. 21. de reform. cap. 5. num. 4.*

5 Ac per consequens in eis novas dignitates erigere, Gloff. in cap. cùm olim, verb. Concessimus, de consuetudine, Barb. ubi supra, num. 148. Frances dict. cap. 3. num. 9.

6 Ideo nihil circa has materias potest statuere Nuntius cum potestate Legati à latere, aut Legatus à latere, etiam consentiente Archiepiscopo, atque Episcopo, & multò minus eo contradicente.

7 Eodem modo non potest privare Cathedrales sua Cathedralitate, ut prosequitur idem Frances *diet. cap. 3. n. 28.* & *cap. 8. num. 5.* ubi etiam quod non potest Legatus unire Cathedrales; & quid in illarum Dignitatibus.

ab Archiepiscopo altero cohæ  
rede legatum petierit , debea  
tur, & censeatur repetitum.

## SUMMARIUM.

- 1 Portio repudiata accrescit alteri cohæredi.
  - 2 Idem est in hæredibus ab intestato vénientibus.
  - 3 Casus controversiæ maximè dubius est.
  - 4 Ponderatur lex Pater meus 29: §. 1: & 2. ff. de legat. 2. ad probandum non repeti legatum nominatum relictum.
  - 5 Adducitur ad idem textus in l. si plures 98. ff. de legat. 3.
  - 6 Adducitur etiam ad idem intentum textus in l. i. §. id quod ex substitutione 13. ff. ad leg. Falcid.
  - 7 Ponderatur etiam textus in l. i. Cod. si omifsā causā testam.
  - 8 Si legatum relinquatur ab hærede proprio nomine, magis videtur gravata persona, quam hæreditas.
  - 9 Allegantur DD. qui tenent hanc partem.
  - 10 Limitatur favore alimentorum, & pīe causæ, & in pensione annua, & num. 11. Resoluūt contraria sententia, num. 12. cum seqq.
  - 14 Adducitur rationis fundamentum circa substitutum, & num. 13. circa co-hæredem.
  - 15 Ponderatur textus in l. si Titio 61. §. 1. ff. de legat. 2.
  - 16 Rescriptum Severi introduxit repetitionem legatorum nominatim relictorum, & num. 20.
  - 17 Plures simul onerati loco unius habentur.
  - 18 Semper legata repetita intelligebantur, si generalibus verbis ab omnibus hæredibus testator legabat.
  - 19 Idem si impersonaliter, vel appellativo nomine.
  - 21 Expenditur lex Cū patronus 28. ff. de legat. 2.
  - 22 Portio patroni gravari nequit.
  - 23 Quomodo quis intelligatur gravatus nominatim
  - 24 Expenditur lex si Titi o & Mævio 61.

## 294 Tract. de Competent. inter Archiep. &c.

- §. 1. ff. de legat. 2. & num 35.  
 25 Proponitur textus in l. 1. §. illud 9.  
     ff. de legat. 3.  
 26 Fabriana ad eum emendatio adduci-  
     tur.  
 27 Vera assignatur concordia, & num 29.  
 28 Hæredes ab intestato codicillis possunt  
     gravari.  
 30 Explicantur ultima verba dicti §. il-  
     lud 9.  
 31 Expeditur textus in l. 2. §. ultim. ff.  
     de suis, & legitim. hæred.  
 32 Quid sit instituere hæredem cum cre-  
     tione.  
 33 Distinctio inter hæredem cum cretio-  
     ne, & sine cretione.  
 34 Adducitur textus in l. quidam refe-  
     runt 14. ff. de jur. codicil.  
 36 Adducitur §. 1. hujus legis.  
 37 Proponitur species dictæ legis quidam,  
     in princip.  
 38 Quid Sabiniani circa speciem textus  
     putarent.  
 40 Quid Proculeiani.  
 39 Codicilli sunt sequella testamenti.  
 41 Legatum relatum in codicillis mortuo  
     illorum tempore nullum est.  
 42 Proponitur, & explicatur species §. 1.  
     dictæ legis quidam referunt.  
 43 Aequitas Africani ad species supradi-  
     ctorum iurium.  
 44 Quomodo hæredes gravati intelligan-  
     tur ad præstationem legatorum.  
 45 Adducitur lex si duobus 16. §. 1. ff  
     de legat. 1.  
 46 Adducitur lex non justam 4. Cod. ad  
     Tribel.  
 47 Allegantur DD. qui repetitionem le-  
     gatorum concedunt.  
 48 Fallit si aliam rem à substituto legave-  
     rit testator.  
 49 Vel si certa causa fuit, quæ in substitu-  
     to cesset.  
 50 Vel si fideicommissarium substituerit.  
 51 Remissive interpretatione legis si Titio  
     61. §. 1. ff. de legat. 2. legis 2. §. ul-  
     tim. ff. de suis & legit. hæred. & le-  
     gis 1. §. illud 9 ff. de legat 3  
 52 Expenditur lex penultima, ff. de jure  
     codicill. & num. 54. 55. 56. 57. 58.  
     & 59.  
 53 Quando agnatione posthumo rumpan-  
     tur codicilli.
- 54 Quare rumpatur testamentum, & non  
     codicilli ab intestato.  
 59 Hodie rescisso testamento legata, & li-  
     bertates conservantur.  
 60 Quæ pro non scriptis habentur rema-  
     nent sine onere.  
 61 Fallit in scriptore alieni testamenti.  
 62 Fallit etiam in onere fideicommissarie  
     libertatis.  
 63 Interpretatur textus in l. Civitatibus  
     129 §. 1. ff. de legat. 1.  
 64 Nostra resolutio sequenda est in Lusi-  
     tanæ R. gno.  
 65 Quid senserit Antonius Faber in hac  
     materia.  
 66 Impugnatur, & num 83.  
 67 Triplici modo deficiunt à defunctis re-  
     licta.  
 68 Quæ habeantur pro non scriptis.  
 69 Quomodo intelligatur.  
 70 Habentur pro non scriptis captis ab hos-  
     tibus relicta, si postea non redierint.  
 71 Sic etiam quæ quis sibi adscribit.  
 72 Habetur etiam pro non scripta que-  
     cumque scriptura captatoria.  
 73 Sic etiam quæ peregrino relinquuntur.  
 74 Nisi pro alimentis relinquuntur.  
 75 In his quæ pro non scriptis habentur ni-  
     hil de novo introduxit Justinianus.  
 76 Quæ post factum testamentum d'ficie-  
     bant vivo testatore, de jure antiquo  
     pro non scriptis erant.  
 79 Lege Papia fiebant obnoxia fisco, si non  
     descerent servitate, vel deportatione.  
 78 Qui circa ea Justinianus introduxerit.  
 79 Substitutus præfertur coniuncto.  
 81 Sensus legis unica, §. pro secundo,  
     Cod. de caduc. tollend. & num. 82.  
 84 Materia repetitionis qualitatis, remis-  
     sive.  
 85 Quæ sint propriè caduca, & num. 86.  
 87 Sui hæredes statim à morte testatoris  
     hæredes sunt.  
 88 Lex in suis, ft. de liber. & posthum.  
     adducta ad propositum.  
 89 Hæredes ex parte non poterant adire,  
     nisi apertis tabulis, & in illis verifi-  
     cabatur caducum.  
 90 Expenditur textus in l. ite n. veniunt.  
     §. ait Senatus, ff. de hæreditatis pe-  
     titione, & num. 91.  
 92 Quid super propriè caduca introduxit  
     Justinianus.  
 93 Ite-

- 93 Iterum impugnatur Faber.
- 94 Notantur LD. supra num. 9. citati.
- 95 Quam significationem habeat nomen onus, in nostro jure.
- 96 Interpretatur textus in l. pater meus 29. §. 1. & 2. ff. de legat. 2. & numer. 98.
- 97 Celsus & Justinianus ante rescriptum floruisse.
- 99 Sensus Celsi in dict. l. pater, procedit tam ante, quam post rescriptum.
- 100 Expenditur textus in dict. l. Celsus, in princip. & numer. 101. 102. & 103.
- 104 Expenditur textus in §. 2. & 5. ejusdem legis, & num. 105. 106. & 107.
- 108 Interpretatur textus in l. si plures 98. ff. de legat. 3. ubi reprobatur Alciatus.
- 109 Refertur intellectus Cuiac. & Daniel. & reprobatur, & num. 110.
- 110 Refertur intellectus Faconei, & n. 113. improbat, & ostenditur Paulum vix esse post rescriptum.
- 116 Assignatur verus intellectus à num. 115. & depingitur species.
- 117 Interpretatur textus in l. 1. §. id quod ex substitutione 13. ff. ad leg. Falcid. & num. 135. 136. 137. 138. & 139.
- 118 Ostenditur adesse textum expressum pro nostra resolutione.
- 119 Si plures sint hæredes, unusquisque deduci Falcidiā.
- 120 Quoties portio integrā portioni oneratae accedit, augen: ur legata; non ita è converso, & num. 121.
- 122 Legata quæ deficiunt imputantur in quartam.
- 123 Ratio diversitatis, ob quam in uno casu fit contributio, non autem in alio.
- 124 Principale non potest sequi jus accessionis.
- 125 Supradicta procedunt indubitanter quando pars accedit jure accrescendi.
- 126 Quid si accedit jure substitutionis vulgaris? Est punctum difficile.
- 127 Una opinio docet indistinctè legata contribui; altera negat, & num. 128.
- 129 Prima opinio verior, & probatur.
- 130 Impugnantur Donellus, & Cuias. & num. 131.

- 132 Cohæres ex parte substitutus videntur hæres sub conditione.
- 133 In hoc hærede partes commiscuntur, & contribuuntur legata.
- 134 Assignatur ratio differentiæ inter partem gravatam a cedentem jure accrescendi, & accidentem jure substitutionis.
- 141 Expenditur textus in l. 1. §. si cohæredis, ff. ad l. Falcid. usque ad numerum 146.
- 142 Paulus sæ, è non assentiebat Principum decretis.
- 147 Interpretatur textus in l. 1. Cod. si omis. caus. testament.
- 148 Notatur Fachineus.
- 149 Responsio ad ultimum argumentum.
- 150 Resolutio speculatoriorum LD. attendenda, & tenenda.

**A**D veram resolutionem consequendam illud tanquam certum supponimus, ab Episcopo nempe repudiatam hæreditatis portionem cohæredi accrescere Archiepiscopo, eique acquiri qui testatoris voluit esse hæres. Jura sunt ad hoc vulgaria, & expressa in l. si quis hæres 35. l. cum hæres 52. §. qui ex parte, l. qui ex duabus 53. §. ult. l. qui patris 59. l. servus communis 67 ff. de acquirend. hæredit. l. 3. §. ultim ff. de bon. poss. l. testamento 6. Cod. de impuberum, l. quidam elogio 20 Cod. de jure delib. l. unica, §. his ita definitis. §. in his, Cod. de cadi. tollend. Quod etiam locum sibi vindicat in hæreditatibus quæ ab intestato deferuntur, prout certi juris esse ostendunt textus in l. 1. §. nemo, ff. ad Teriyll. l. si ex pluribus 9. ff. de suis & legitim. hæred. l. unica, Cod. quando non petent. partes.

Sed cùm hoc certissimum sit juris principium, & indubitatissimum, quæstio tamen proposita sat's difficilis est, propter multa Jurisconsultorum loca inter se primâ facie dimicantia: contra Nuntium urgent sequentia.

Primò Celsus in l. pater meus 29. §. 1. & 2. ff. de leg. 2. ubi claris verbis decidit id, quod alicujus hæredis nominatim fideli committitur, posse videri testatorem ita demum dari voluisse, si ille extitisset hæres.

hæres. Et prosequens docet in §. 2. quod si filio hæredi pars ejus à quo nominatim legatum est ad crescere, non præstabit legatum: sed ab Episcopo legatum esse fundum nominatim Nuntio proponitur. Ergo secundum Celsum videtur dicendum Archiepiscopo, cui portio deficiens accrescit, legatum præstare non teneri.

Secundò facit dubitandi rationem 5 Paulus in l. si plures 98. ff. de legat. 3. in illis ultimis verbis, ibi: *Itaque si quis ve-  
lit non omnes hæredes legatorum præstatio-  
ne enterare, sed aliquos ex his, nominatum  
damnare debet.* Clarè ergo docet hic Paulus, legatum nominatim relictum repetitum non intelligi: sic ergo in casu nostro non repetetur ab Archiepiscopo legatum ab Episcopo nominatum relictum.

6 Tertiò dubium facit idem Paulus in l. 1. §. 1d quod ex substitutione 13. ff. ad legem Falcid. in sequentibus verbis: *Sed ea quæ ab eo legata sunt, si omiserit hæredi-  
tatem, augibuntur, scilicet si ab eo nomina-  
tum dat, sunt.* Hic namque aperte signifi-  
catur non augeri legata ita nominatim relictæ, quia corrunt repudiante hære-  
de, a quo legata sunt; ut sic intelligatur,  
neque à substituto, neque à cohæredi re-  
petita censi.

7 Quartò faciunt difficultatem Imperatores Severus, & Antoninus in l. 1. Cod. si omis. caus. testam. Quò loci videntur rescribere, ita demum substitutum te-  
nere ad præstationem legati ab instituto relictæ, si institutus in fraudem legati hæ-  
reditatem repudiaverit, cuius fraudis particeps fuerit ipse substitutus. Unde facile deducitur, semotæ fraude non te-  
nere substitutum præstare legata ab hæ-  
rede nominatim instituto relictæ.

8 Quintò probatur ratione, quia quando legatum est relictum proprio hære-  
dis nomine expresso, magis videtur gravata persona quam ipsa hæreditas, l. quoties 23. l. nonnunquam 28. ff. ad Treb. Onus ergo personale ad alium transire non potest. Ita in expresso te-  
nent hanc sententiam Bart. in l. Licet Imperator, num. 3. vers. primo casu, ff. de legat. 1. & in l. si duobus, §. 1. ff. eodem

11. & post eum Alex. Jaf. & alios sequi-  
tur Menoch. de præsumpt. lib. 4. præ-  
sumpt. 108. à num. 24. Mantic. de conject.  
ultim. vol. lib. 8. tit. 2 num. 15. ubi inter  
alios allegat Ruin. conf. 67. n. 6. & conf.  
99. num. 16. vers. Si ergo ultimus, lib. 2.  
refertque scribere communem esse, &  
ab ea non recedendum in consulendo,  
& judicando. Gom. 1. tom. var. cap. 12.  
num. 36. vers. item etiam, Peregrin. d. fi-  
d. 1. com. art. 16. num. 59 ubi vocat ve-  
ram, & receptam, afferitque etiam ab  
ea in consuendo & judicando receden-  
dum non esse. Surd. conf. 253. num. 37.  
& 38. & de alimento. tit. 8. privil. 15. n. 2.  
Gratian. forens. tom. 1. cap. 104. n. 45. &  
46. Fusar. c. ns. 93. à num. 21. & conf. 96.  
num. 4. & de substit. quest. 344 num. 7.  
supponitque Tiraquel. in tract. de pri-  
leg. pia causa, privil. 36. circa princip.  
Castill. lib. 8. de alimento cap. 32. à num. 1.

Hanc tamen communem sententiam 10  
solent limitare DD. favore alimentorum & pia causa; nam tunc et si ab ins-  
tituto nominatim legatum sit, docent  
nihilominus à cohærede, vel à substitu-  
to legatum repeti, præstandumque esse,  
per textum in l. 4 §. *Lucius*, ff. de ali-  
ment. & cibar. legat. sic post alios limita-  
runt Tiraq. in dict. privil. 36. & 37. Surd.  
dict. privil. 15. à num. 2. ubi inter alios  
refert Romanum singul. 388. num. 5. ex-  
tendentem ad annuam pensionem, eà  
videlicet ratione, quia succedit alimen-  
torum in causam. Gom. dict. num. 36. in  
dict. vers. item etiam, in illis verbis: *Nisi  
si legatum alimentorum.* Mantic. dict. tit.  
2. num. 16. Peregrin. dict. art. 16. num.  
60. ubi limitat pro alimentis, pro dote,  
pro anima, pro pauperibus, & hujus-  
modi Gratian. dict. cap. 104. num. 47. 48.  
49. & 50. Fusar. dict. conf. 96. num. 2.  
Castill. dict. cap. 32. per tot. Cùm igitur  
legatum quod agitur in præsenti specie,  
neque pium, neque pro alimentis pro-  
ponatur relictum, & insuper gravatus  
dicatur Episcopus hæres proprio nomi-  
ne, sequitur dicendum Episcopo repu-  
diante ab Archiepiscopo non deberi.

Cæterum salvâ pace tantorum DD. 12  
huic sententiæ acquiescere non possum:  
quare certius existimo, legatum ab Epis-  
copo

copo Nuntio relicum, repudiante Epis-  
copo ab Archiepiscopo cohærede de-  
beri.

13 Moveor regulâ textus *in l. licet Imperator 14. ff. de legat. 1.* quò loci fit men-  
tio rescripti Imperatoris Severi, quo  
cautum fuit videri voluntate testatoris  
repetita à substituto, quæ ab instituto  
fuerint relicta: quod enim à testatore le-  
gatum est, declarat voluisse eum id le-  
gatario præstari: nulla autem causa est,  
cur testator ab instituto id præstari ve-  
lit, nolit autem præstari à substituto.  
Neque enim magis dilexit substitutum,  
quam institutum. Sed minus indicium  
est, quod institutum in hæreditate sub-  
stituto prætulit. Huc accedit, quod sub-  
stitutus judicio testatoris eandem hære-  
ditatem consequitur. Consentaneum  
igitur est, ut substitutus, qui in cæteris  
judicium testatoris agnovit, etiam hac  
in re agnoscere debeat.

14 Quæ omnes considerationes æquali-  
ter procedunt in cohærede, cui defici-  
entis cohæredis portio accrescit; nam &  
hic in eam portionem jure substituitur,  
*l. si in testamento 5. ff. de vulgar.* & ita in  
specie argumentatur Ulpian. contra Ju-  
lianii sententiam *in l. si Titio & Mævio 61. §. 1. ff. de legat. 2.* in illis verbis: *Sed post rescriptum Severi, quo fideicommissa ab instituto relicta, à substituto debentur,* & hic quasi substitutus cum suo onere con-  
sequitur accrescentem portionem. Quod  
apertiùs, & generalius definitivit postea  
Justinianus *in l. unica, §. his ita, Cod. de caduc. tollend.* Cùm igitur portio Epis-  
copi in nostra hypothesi accreverit Ar-  
chiepiscopo, nihil est ut non dicamus ei  
debere accrescere cum eodem onere  
præstandi & solvendi legatum Nuntio.

16 Neque Seveti rescriptum limitan-  
dum est in legatis, vel fideicommissis  
nominatim ab hæredibus relictis, cùm  
potius si verum amamus de ipsis solum-  
modò procedebat, & circa ea disposui-  
se intelligendum sit, pro regula tradens  
repetita censenda fore à substitutis vel  
cohæredibus, ex conjecturata testatoris  
defuncti voluntate.

17 Et pro maiori rei explicatione aduer-  
to, quod si testator duos, pluresve cohæ-  
redes instituerit, & conjunctim eos gra-  
vaverit, quamvis nominatim sub pro-  
prijs eorum nominibus, veluti *Lucius*  
*Titus, Gaius Seius Publio Mævio decem-*  
*dare damnas sunt;* in hac, inquam, spe-  
cie portio deficiens semper cohæredi  
cum suo onere accrescit.

Et ratio est, quia non minùs in onere  
ipso, quam in hæreditate conjuncti hæ-  
redes sunt, & non tam pars, quam gra-  
duis gravatus videtur, & plures simul lo-  
co unius habentur, ut est textus elegans  
*in l. si duobus 16. § 1. ff. de legat. 1: l. unica,*  
*§. his ita, Cod. de caduc. tollend.* neque in  
hoc casu facienda est distinctio, sive con-  
junctus hæres esse non possit eo tempo-  
re, quo adjungitur, sive hæreditatem  
postea non adiūsset, dict. *l. si duobus, §:*  
*1. in princ. l. Crivitatibus 122. §. Lucius, ff.*  
*de legat. 1. l. quidam referunt 14. §. 1. in*  
*ultima specie, ff. de jure codicill.*

Similiter certissimi juris est, quod si  
testator generaliter ab omnibus hæredi-  
bus legata vel fideicommissa præstari  
caveat per illa usitata verba: *Quisquis*  
*mibi ex suprascriptis hæres, hæredesve*  
*erunt, de omnibus damnas sunt prestatore,*  
*quod cuique infra legi vero præstari fieri ve*  
*jussero;* quorum mentio fit *in l. si quis 3. l.*  
*quidam 14. §. 1. ff. de jure codicill. l. hæc*  
*verba 3. l. ab omnibus 104. l. Lucius Ti-*  
*cius 133. ff. de legat. 1. l. Lucius 88. §. quis-*  
*quis, ff. de legat. 2. l. quisquis 95. l. si plures*  
*98. ff. de legat. 3. l. quæ conditio 39. ff. de*  
*condit. & demonstr. quæ formula appel-*  
*latur generale caput, in l. post emancipa-*  
*tionem 40. §. fin. ff. de legat. 3. & in l. gene-*  
*rale 32. ff. de usufruct. legat. repetita*  
*censi, & deberi vel à cohærede, vel à*  
*substituto: & in hoc casu semper absque*  
*controversia transivit præfata hæc con-*  
*clusio, ut ex supradictis juribus constat,*  
*ut tradit cum pluribus Menoch. d. præ-*  
*sumptione 180 num. 2.*

Et hoc similiter procedebat, si gene-  
raliter & absolute, vel impersonaliter,  
seu appellativo nomine legatum reli-  
ctum esset ita: *Seio centum dari volo, vel*  
*hæres meu centum dabo.* De quibus for-  
mulis, & in quibus speciebus accipienda  
sunt jura *in l. si pater 47. §. fin ff. de fi-*  
*deicom. libert. l. quidam 69. §. quoties, ff.*

*de legat. i. l. cùm pater 77. §. cùm pater, ff.  
de legat. 3. l. si plures 98. ff. de legat. 3. Menoch.  
ubi supra, à num. 2. à vers. extenditur, cùm seqq.*

<sup>20</sup> Cùm ergo si legata sub aliqua ex istis formulis relinquerentur, ex coacta legendi formulæ significatione repetita nominatim relicta esse censenda dubium non esset, utique præcisè infertur absque præfato rescripto vel à cohærede debita fuisse. Ne igitur superfluum, & inutile dicamus rescriptum Severi, id ad legata nominatim relicta referri oportet, ut post illius promulgationem concludamus jam regulam esse, legata vel fideicomissa etiam nominatim relicta ab instituto (eo repudiante) à cohærede vel substituto deberi; & specificè sic probatur sequentibus Jurisconsultorum locis.

<sup>21</sup> Primus sit Marcelli *in l. cùm patronus 28. ff. de legat. 2.* cuius hæc est species: Patronum ex debita portione hæredem instituit libertus testator, & ab eo fideicomissum quoddam reliquit: omisit patronus hæreditatem, atque ideo vel alteri cohæredi, si illum habuit, accrescit ejus portio, vel ad ejus substitutum devoluitur (si eum & substitutum habentem fingamus.) In hac hypothesi dubitat Consultus, an illic, cui eam partem vindicat, teneatur præstare fideicomissum, earatione, quoniam quod illius personæ præstaretur, hoc nequaquam ad alium pertinere deberet. Quasi aperi-  
<sup>22</sup> tius diceret, quod quamvis fideicomissum relictum à patrono non valeat, cùm illius portio gravari nequeat, *l. si his 4. in princip. ff. de condit. & demonstr. l. 3. §. Si filius, ff. si à parente quis fuerit manusmissus, l. patronus 20. ff. de donat.* hoc privilegium personale patroni ad alium extendendum non est. Et ecce ergo tex-  
tus expressus, in quo fideicomissum nominatim relictum à cohærede vel substituto repetitur; quia negari non potest patronum hinc nominatim gravatum fuisse: tum quia Jurisconsultus loquitur per verba illa, *Personæ præstola-*  
<sup>23</sup> *reunt, quæ significant patronum ipsum ex persona, id est nominatim gravatum.* Tum quia demonstrant altera verba

(ab eo) quæ relationem ad ipsummet pa-  
tronum gravatum faciunt; & DD. su-  
præ citati, qui contrariam tuerunt sen-  
tentiam, dicunt legatum, vel fideicomis-  
sum intelligi nominatim relictum  
non solùm quando nomen hæredis pro-  
prium exprimitur, sed etiam si taxativè  
instituto impositum est onus Menoch.  
*dict. præsumpt. 104. n. 24.* & etiam quan-  
do onus restringitur ad ejus personam;  
Menoch. *lib. 1. cons. 86. num. 43.* Pé-  
grin. *de fideicom. dict. art. 16. num. 59. in*  
*fin. Gratian. dict. cap. 104. num. 46. Fu-*  
*far. dict. cons. 93. num. 23 & 24. & oe sub-*  
*stit. dict. quæst. 344. num. 6.* Concludit  
ergo textus hic ita ponderatus inten-  
tum nostrum, etiam secundum sensum  
Doctorum, qui nobis adversantur; ne-  
que unquam vidi al quem illorum solu-  
tionem ei præstissem.

Secundus locus sit Ulpiani *in l. si Titio 24*  
& Mævio, §. 1. ff. *de legat. 2.* species ta-  
lis est: Gravatus fuit quidam ex legitimi-  
mis hæredibus fideicommissis (si velis ac-  
commoda speciem ad terminos legis  
*Conficiuntur 8. §. 1. ff. de jure codicilli.*)  
qui hæreditatem repudiavit. ( datur  
etiam inter hæredes ab intestato accres-  
cendi jus, ut surra jam prænotavimus,  
*num. 2.* ) inquit J. C. an cohæres ejus sit  
cogendus fideicomissa præstare? Et re-  
fert Julianum dixisse, non teneri, quo-  
niam portio ad cohæredem sine onere  
pertineret. Respondet tamen contra-  
rium Ulpianus his verbis: *Sed post res-*  
*criptum Severi, quo fideicomissa ab insi-*  
*nitu relicta à substitutis debentur, & hic*  
*quasi substitutus cum suo onere consequitur*  
*accrescentem portionem.* Certè, ni fallor,  
adduci non potest locus expressior: ne-  
gari namque minimè potest Ulpianum  
hinc ponere casum de hærede legitimo  
nominatim gravato, ut demonstrant il-  
la verba: *Cum essent ab eo fideicomissa*  
*relicta; quæ relationem & restrictionem*  
ad personam faciunt; atque ideo juxta  
suprà dicta n. 21. arguunt gravamen no-  
minati impositum: & tamen ut disce-  
dat à Juliani opinione argumentatur ex  
sententia rescripti Severi, docens cohæ-  
redem fideicommissorum onere teneri,  
quia est quasi substitutus; cùm Severus  
ref-

rescripsit, relicta à substituto repetita fore. Docet ergo manifestè Ulpianus, post rescriptum Severi legatum vel fideicommissum etiam nominatim relictum repetitum intelligi: cuius etiam textus adhuc solutionem ab adversarijs praestari non viderim.

25 Nōque adversus eum opponi potest ex eodem Ulpiano *in l. 1. §. illud 9. ff. de legat. 3.* ubi pro indubitato ait, quod si quis intestatus decedens ab eo, qui primo gradu ei succedere poterit, fideicommissum reliquerit, si illud eo repudiante, ad sequentem in gradu devoluta sit successio, eum fideicommissum non deberi. Non repetitur ergo fideicommissum inter venientes ab intestato, ac proinde non sibi constat Ulpianus, ut possit ad decisionem nostri causas allegari. Quia licet Faber *lib. 4. conjecturar. cap. 15.* adeò hac difficultate opprimatur, ut existimet negationem *in dict. §. illud*, abundare, & tollendam affirmet, ita ut legatur, eum fideicommissum deberi, casuum tamen distinctione in facilem concordiam reducuntur hi loci. Namque *in dict. l. si Titio*, loquitur Ulpianus de duobus ejusdem gradus legitimis hæredibus: & *in dict. §. illud*, loquitur de legitimis hæredibus in diverso gradu existentibus; & in priori specie asserit fideicommissum etiam nominatim relictum eo repudiante ab altero deberi: in secunda specie docet fideicommissum relictum ab eo qui in primo gradu est, eo repudiante non deberi ab eo qui in secundo gradu est. Et ratio differentiæ in eo consistit, quia in priori specie perinde habentur legitimi hæredes ac si instituti essent, cum videatur sponte sua defunctum his relinquerre legitimam hæreditatem: quā ratione admissum est ut possit codicillis eos fideicommissis onerare, *l. si fundum 92. §. si Titio, ff. de legat. 2. l. 2. §. Sciendum, ff. de legat. 3. l. 3. & l. conficiuntur 8. §. 1. ff.*

28 29 *de jur. codicill.* Meritum ergo est, ut co-hæres cùm ex defuncti judicio veniat, & veluti ad hæreditatem admittatur, fideicommissi onere teneatur, *dict. l. si Titio 61. §. 1.* at verò in secundo casu, cùm ille qui in secundo gradu est, non ex vo-

luntate defuncti veniat, sed potius ex alterius facto & repudiatione, id est illius qui in primo gradu erat, rectè fideicommiss. onere non tenetur, *dict. l. 1. §. illud: & hic est verus sensus horum jurium quem jam præsenserat, Glos. in dict. l. si Titio, §. 1. verbo Cum suo onere.* In secunda solutione, optimè reprobat Fabro expendit Osuald. *ad Don. l. lib. 8. comment. cap. 8. lit. B.* quem sequutus est Melchior de Valencia *lib. 1. illustr. tract. 1. cap. 4. num. 11.* & in effectu tenet Larrea *tom. 2. decis. Granatensis. 51. num. 49.* optimè J. C. *in dict. §. illud ad 30 didisse illa verba: Et ita Imperator noster rescripsit, quia cùm Severus ex facito testatoris judicio legatorum repetitio-nem inducat, deficiatque hæc voluntas in eo qui in secundo gradu est, quia ne-que expressè, neque tacitè à defuncto fuit vocatus, sed solum ille, qui in pri-mo gradu, quem ideo solum gravaverit; rescribit consequenter à cessante ratio-ne ibi repetitionē cessare debere, quem-admodum ex eadem defuncti voluntate cessat in alijs exemplis relatis in dict. l. licet 74. ff. de legat. 1.*

Et ex eadem defuncti voluntate, atque judicio admittitur repetitio ab eodem Ulpiano *in l. 2. §. ultimo, ff. de suis & legitim hæred.* In eo ponenda est species de hærede instituto cum formula cretionis. Cretio est certorum dierum spatium, quod datur instituto hæredi ad deliberandum, utrum expediat ei adire hæreditatem, necne: veluti, *Titius hæres esto, cernitoque in diebus centum proximis, quibus scieris, poterisque: nisi ita creveris, non hæres esto.* Ulpian. *in fragment. tit. 22. §. cretio:* & hæc distinctio datur inter hæredem sine cretione institutum, & institutum cum cretione; quia hæres institutus sine cretione, si constiterit nolle se hæredem esse, statim excluditur ab hæreditate, & amplius eam adire non potest. Cum cretione verò hæres institutus, sicut cernendo fit hæres (cerne-re est verba certionis dicere ad hunc modum: *Cum me Maevius hæredem insti-tuerit, eam hæreditatem adeo cernoque:*) ita non aliter excluditur, quā si intra dies cretionis non creverit; ideoque